AUTHOR:

KLUSSMANN, MAXIMILIAN

TITLE:

EXERPTA TERTULLIANEA IN ISIDORI HISPALENSIS...

PLACE:

HAMBURG

DATE:

1892

Master Negative #

93-81342-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

879Is3
DZ6 Klussmann, Maximilian,
...Excerpta Tertullianea in Isidori Hispalensis Etymologiis collegit et explanavit Maximilianus Klussmann. Hamburg, Lütcke & Wulff, 1892.
38 p. 28 cm.


At head of title: Gelehrtenschule des Johanneums zu Hamburg, bericht über das 363. schuljahr...
Vol. of pamphlets.

169241

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 9/29/93 INITIALS Susan
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT






AIIM


Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Gelehrtenschule des Johanneums

zu

Hamburg.

Bericht über das 363. Schuljahr

1891 1892.

Beigegeben ist die Abhandlung:

Excerpta Tertullianea in Isidori Hispalensis Etymologiis collegit et explanavit *Maximilianus Klußmann.*

Hamburg, 1892.

Gedruckt bei Lütcke & Wulff, Eines Hohen Senates wie auch des Johanneums Buchdruckern.

1892. Progr. Nr. 729.

Excerpta Tertullianea

in Isidori Hispalensis Etymologiis

collegit et explanavit

Maximilianus Klußmann.

Ante hosce sex annos, quo tempore curarum Tertullianearum particulas I. II. III. emisi, id egeram, ut ad restituendos qui sunt ad nationes libros misere truncatos et depravatos quidquid possem auxilii afferrem. In qua re non modo codicem Agobardinum perlustravi et recognovi geminosque illos Apologetici locos, qui ad explendos aut sanandos libros ad nationes facere videbantur, adhibui in consilium, sed etiam Isidori Hispalensis Etymologiis quattuor quidem locis adiuvari placuit (cf. particul. III. pag. 74. 79. 80). Mirum quidem haud scio an videatur, quod Isidorus ille honore patris ornatissimus et inter principes ecclesiae catholicae dignitate et amplitudine insignis Tertulliano, presbytero Karthaginiensi eoque provecta aetate fanatico quodam furore elato, ut superstitioni Montanianae totum se daret, non ita usus est, ut haereticos errores non raro a conciliis praedamnatos refutaret, sed ut in libris componendis excerperet quae ad rem praesentem facere videbantur, ut viri egregii, quem mirificum dupliciter dicere possis, saecularem doctrinam et eruditionem suspexisse, sacras litteras fere omisisse, doctrinam ecclesiasticam quasi paene despexisse videatur. Quamquam non uni Isidoro sed etiam aliis scriptoribus ecclesiae orthodoxiae addictis libri Tertullianei qui legerentur digni visi sunt; quid, quod interdum celato quidem fere auctoris nomine inde mutuabantur, sive dicacis verborum argutiae sive acerrimae sententiarum subtilitatis curiosi, quae suis quasi sua insererent. Ipse Augustinus facete quodam dicto Tertullianeo, quod fixum in mente habebat, forte fortuna ita usus est, ut locus, qui est in altero ad nationes libro cap. 9, librarii incuria in codice Agobardino corruptus inde restitui posset. Plurimus in Tertulliano in usum suum convertendo est Cyprianus, ut, quo erat ardentissimo eius studio et amore, magistri quem dicebat, libros dari sibi cottidie iuberet. Sed, utut res est, hoc constat, in libris Tertullianeis ad pristinum nitorem revocandis eorum scriptorum locos, quibus optimum illum presbyterum aut expilaverunt aut exscripserunt aut memoriter reddiderunt, in auxilium et ministerium esse adhibendos. Id quod dubito an parum adhuc sit factum: nam ne Reifferscheidiana quidem Tertullianearum reliquiarum editio nuper in lucem emissa hoc subsidio, uti par erat, usa est, Oehlerus vero aut ipse aut superiores editores secutus locos quosdam ab aliis scriptoribus allatos hic illic respexit, tamen ut aliquanto plures, qui addi et in consilium adhiberi et potuerant et debebant, nescio quomodo omiserit. De Cypriano quidem et Lucifero Caralitano solis, cum eorum scripta ederet, Hartelius rem absolvit paene (addidit de Lucifero nonnulla van der Vliet in studiis ecclesiasticis I. pag. 46), restant adhuc perscrutandi cum Eusebius et Pacianus tum Hieronymus (res non parvi negotii), quem ut sescenties Tertulliano usum esse Oehlerum non fugit, ita accuratius in rem inquirere nemo adhuc conatus est, denique quem mihi sumpsi ad rem de qua agitur excutiendam, Isidorus Hispalensis in

Etymologiis. Qua in re via et ratione procedi vix posse mihi visum est, nisi prius, quomodo Isidorus in exscribendis aliis scriptoribus versatus sit, exploratum esset; tum, ne infirmis quasi fundamentis rem exstruerem, quid ipse Isidorus scripsisse videretur, quid praeproperis arrogantibusque librariis tribuendum esset, quantum quidem fieri posset, examinandum erat. Atque Migniana quidem editio (in patrol. tom. LXXXII), quae J. Grialii, emissam Madriti 1599 et 1778 et F. Arevali (Romae 1797—1803) fere exscripsit, ex "ingenti variantium lectionum silva se eas tantum seligere professa, quae maiore in pretio haberi possent" (pag. 759), viginti quinque tamen codices eosque fere italicos ita adhibuit, ut nullo neque aetatis qua scripti sunt neque auctoritatis facto examine variarum lectionum promiscua farragine Isidori verba oneret magis quam ornet remque ipsam novis implicet difficultatibus; de Ottonis vero curis iam praestabit verbis parcere, in quem B. Kneblerus in Herme XXV (Isidorusstudien, pag. 496—526) pessimorum in re agenda codicum adhibitorum crimen iure meritoque detulerit. Nam eum maxime duos, qui Guelpherbyti asservantur, codices novissimos illos demendo, mutando, interpolando corruptos excuteret, antiquissimum et optimum Guelpherbytanum, quo firmissimo fundamento eius, quam parabat, editionis in restituendis Etymologiarum libris uti potuerat, perincommode accidit, quod in consilium adhibere omisit. Is liber palimpsestus saec. VII/VIII. est, in quo Etymologiarum liber libris divinis et partibus ab Ulfila in gothicam linguam translatis superscriptus est. Quae cum ita essent, ne ipse frugibus repertis, ut aiunt, in glandibus acquiescerem, novam collationem aggressurus ab O. de Heinemanno, bibliothecae praestantissimae summo rectore, facile impetravi, ut codicem bis excutere liceret, non totum illum quidem, sed, ut res ferebat, iis locis, quibus electa quaedam ex Tertulliani scriptis inserta esse inveneram. De codice ut Kneblero accurate et diligenter referenti ceteroqui assentior, ita mihi quoque certum non videtur illum ex Italia et monasterio quidem Bobbiensi in Germaniam translatum esse; e frequenti litterarum *b* et *v* confusione eodem, nisi fallor, iure codicem in Hispania scriptum esse conicere possis (ut: V. 27. 27: male *probaberis*; VI. 19. 59: *importaberit*; VIII. 6. 22: *obserbatur*; XIII. 1. 2: *mobentur*; — VI. 19. 52: *visivilis*; XVIII. 29. 1: *vruescunt*; XVIII. 34. 2: *lividinem*.) Idem librarius ut ab omni fraude omnique studio praeter ceteros sapiendi aut scriptoris verba de suo interpolandi alienus est, ita mira quadam oscitantia et somnulentia rem suam solet agere: squalet enim codex sescentis fere monstris verborum, sescenties a similibus litteris, syllabis, vocabulis ad similia oculis aberrat, ut lacunae maiores minores hient, sescenties per **διττογραφίαν** aut per **ἁπλογραφίαν** turbatus miserrime conflat verba, vocabula incohata non absolvit, unde, ut abest a mala fide, est ubi idem mendum fuisse in exemplari, quod descripsit, suspicari possis. Neque vero deest ubi vel levissimos calami lapsus exemplari accuratius inspecto correxerit; de suo certe addidit nihil. Silvam exemplorum infra in conspectu lectionum discrepantium habebis. „Correxit codicis textum superscriptum" (i. e. Isidori Etymologiarum libros) „manus ea, qua codex scriptus est, adolescentior[1]"), id quod comprobant et varietas scripturae et color atramenti.

[1]) Exscripsi verba eius, qui primus de codice rescripto disseruit: *Ulphilae versionem gothicam nonnullorum capitum epistolae Pauli ad Romanos venerandum antiquitatis monumentum pro amisso omnino atque adeo deperdito per multa saecula ad hunc usque diem habitum e lituro codicis cuiusdam manuscripti rescripti, qui in Augusta apud Guelpherbytanos bibliotheca adservatur, una cum variis variae litteraturae monimentis huc usque ineditis eruit, commmentatus est datque foras Franc. Ant. Knittel. Principale apud Brunovicenses orphanotropheum.* 1764. § 49.

Etymologiarum libros vel nascentes sua fata habuisse ex epistulis a Braulione ad Isidorum et ab Isidoro ad Braulionem missis apparet. Hic enim postquam complures per annos ab amico frustra petivit[1]), ut Originum libri Braulione ipso rogante (cf. Braulionis praenotat. librorum D. Isidori) ab illo conditi sibi darentur, „*vario diversoque modo frustratus*[2])" (Ep. IV.), "*detruncatos corrososque a multis iam haberi*[3])" conquestus (Ep. IV.), impetravit tandem, ut ab amico morbo implicato ex itinere inemendati emendandi sibi transmitterentur[4]) (Ep. V.).

Hanc, quae quinta est in litterarum inter Braulionem et Isidorum commercio, epistula apud Ottonem excipit sexta, cuius initium hoc est: *Domino et filio Braulioni episcopo Isidorus. En tibi, sicut pollicitus sum, misi opus de origine quarundam rerum ex veteris lectionis recordatione collectum atque ita in quibusdam locis annotatum, sicut extat conscriptum stilo maiorum.* Alteram huius, quae fertur, epistulae partem suppositam esse Kneblerus l. l. pag. 499 bene perspexit; nam Etymologias a Braulione demum in viginti libros divisos esse constat. Quid vero de priore indicandum est? Fierine posse putas, ut iterum codicem Etymologiarum mitti scriberet? Melius quidem apud Mignium verba illa primis Etymologiarum verbis praeposita leguntur, seiuncta et separata ab episcoporum epistulis, ut quasi dedicationis loco sint. Sed plane nova et inopinata quaedam eodem loco codex Guelpherbytanus rescriptus habet. Post quintam enim epistulam litteris maiusculis et rubro colore scripta leguntur haec: *Explicit Epistola Ysidori ad Braulium episcopum. Incipiunt libri Ysidori.* post ea eisdem minutis litteris, quibus ipsae Etymologiae scriptae sunt, et atramento exarata: *spalensis* (desunt litterae *Hi*, ut postea rubricarentur, nisi fallor, omissae) *episcopi ad braulium Cesaraugustanum episcopum vel ad sesibutum suum scilicet dominum et filium. En vobis, sicut pollicitus sum, misi opus etc.* Etymologias autem praeter Braulionem etiam regi Sisebuto dedicatas fuisse adhuc plane incognitum fuit; id tantum constabat librum de natura rerum ut auctore Sisebuto compositum, ita eidem regi dicatum esse, id quod e prooemio[5]) eius libri evidenter apparet. Sisebutus enim

[1]) Ep. II: *Suggero sane et omnimoda supplicatione deposco, ut libros* (Gu. r.: *librum*) *Etymologiarum, quos* (Gu. r.: *quem*) *iam favente domino audivimus consummatos* (Gu. r: *consummatum*), *promissionis vestrae memores servo vestro dirigere iubeatis, quia, ut mihi sum conscius, magna ibi ex parte servi tui postulatione sudasti et ideo in me primum existe munificus, sic in sanctorum coetibus et felix habearis et primus.* Verbis usus sum editionis Ottonianae. Sigla *Gu. r.* significant codicem Guelpherbytanum rescriptum; *Gu. 1* Guelpherbytanum saec. XIV.; *Gu. 2* Guelpherbytanum saec. XI., de quibus cf. Ottonis praefationem pag. X.

[2]) *Septimum, nisi fallor, annum tempora gyrant, ex quo memini me* (Gu. r. et Gu. 2 pr.: *me memini*) *libros a te conditos Originum postulasse et vario diversoque modo et praesentem me frustratum esse et absenti nihil inde vos rescripsisse, sed subtili dilatione modo necdum esse perfectos, modo necdum esse* (*esse* om. Gu. r. et Gu. 2) *scriptos, modo meas litteras intercidisse aliaque multa opponens ad hanc usque diem pervenimus et sine petitionis effectu manemus.*

[3]) *Ergo et hoc notesco libros Etymologiarum, quos a te, domino meo, posco, etsi detruncatos corrososque iam a* (deest vocula *a* in Gu. r.) *multis haberi sciamus, ut eos mihi transscriptos, integros, emendatos et bene coaptatos dignemini mittere, ne raptus aviditate in perversum cogar vitia pro virtutibus ab aliis sumere.* Gu. r. recte: *Ergo et hoc notesco libros Etymologiarum—haberi;* deest *sciamus*. Pergitur: *Inde rogo, ut eos etc.*

[4]) *Codicem Etymologiarum cum aliis codicibus de itinere transmisi* (Gu. r. male: *retransmisi*) *et licet inemendatum prae valitudine, tibi tamen* (Gu. r. et Gu. 2: *tamen tibi*) *modo ad emendandum studueram offerre, si ad destinatum ibi* (*ibi* om. Gu. r. et Gu. 2.), *concilii locum pervenissem.* In Gu. r. desunt in fine huius epistulae verba: *item manu sua. Ora pro me, beatissime domine et frater.*

[5]) *Domino et filio carissimo Sisebuto Isidorus. Dum te praestantem ingenio facundiaque ac vario flore litterarum non nesciam, impendis tamen amplius curam et quaedam ex rerum natura vel causis a me tibi efflagitas suffraganda.*

vir doctus et eruditus ab eiusdem aetatis hominibus habebatur[1]), ut ipse ad scribendi studium se conferret[2]). Quid, quod illi carmini in cod. Col. 83 saec. VIII praemissa sunt verba: *incipit epistola Sisebuto regis Gotorum* (sic) *missa ad Isidorum de libro rotarum*, is enim liber i. e. liber de natura rerum in codice excipit carmen. Unde haud scio an nemini sit mirum, quod Isidorus regi a studiis suis non alieno potissimum studiorum suorum opus dicare voluit; magni vero ad definiendum tempus, quo Etymologiae scriptae sint, ea res est. Jam enim dubium esse non potest, quin codex ille Etymologiarum ante annum 620, quo anno mortuus est Sisebutus, scribi coeptus sit, fortasse nonnihil ante ita conceptus, ut ad Braulionem missus est. (cf. Ep. V.) Nam morbo illo, cuius in ea epistula mentio fit, non est cur Isidorum sublatum esse dicas et in mediis componendis Etymologiis episcopum Hispalensem morbo absumptum esse Ildefonsus[3]), episcopus Toletanus non utique asseverat sed circumspecte suspicatur.

Quamquam nec satis accurate sive satietate et taedio sive alia nescio qua re praepeditum rem suam egisse Braulionem et ipsum librum curis suis commissum neque explevisse neque satis emendatum reliquisse inde probari poterit, quod et compluribus locis[4]) tituli sunt nudi et non illustrati et, de qua re in parergo priore exposui, non raro id quod in usum suum postea absolvendum (accusativos cum infinitivo dico) in codicillis suis Isidorus conscripserat, iusta forma adhuc carent, ut ipse Braulio in praenotat. librorum D. Isidori se codicem nimia magnitudine distinctum ab amico titulis, non libris in viginti libros divisisse quidem libere profiteatur, sed de emendatis aut expletis a se titulis ne verbum quidem adiecerit.

Ex quibus auctoribus Isidorus collectanea sua conscripserit, primus quaerere coepit J. Grial, ut multa, quae ille celato auctoris nomine exscripsit, non frustra ad suos quaeque auctores revocaret (cf. Kneblerum l. l. pag. 496). Qui postea de eadem re egerunt, parum profecerunt; nam quae Arevalus et Otto de suo addiderunt, non magni momenti sunt. Quo factum est, ut academia berolinensis anno 1873 certamini litterario proponeret quaestionem de Isidori Originum fontibus. Unus vero, quod equidem sciam, H. Dressel[5]) rei propositae deesse noluit, non absolvit tamen, cum bene quidem de ratione, qua Isidorus in exscribendo usus sit, plerumque dissereret et de nonnullis scriptoribus, unde partes aut particulae in Etymologias translatae sunt, exponeret, ut saepius mihi ad eum sit recurrendum. At de Tertulliano altum est silentium.

Qualis fuerit in componendis Etymologiarum libris Isidorus, indicavit ipse verbis: *En vobis, sicut pollicitus sum, misi opus de origine quarundam rerum ex veteris lectionis recordatione collectum atque ita in quibusdam locis annotatum, sicut extat conscriptum stilo maiorum.* De horum verborum fide ac veritate paululum subdubitat Dresselius l. l. pag. 1: „quae (verba) si sequamur“, inquit, „maior Originum pars Isidori ingenio quamquam veteris lectionis recor-

[1]) cf. prooem. libri de nat. rer. et Isidori historiam de regibus Gothorum 60: *Fuit (autem) eloquio nitidus, sententia doctus, scientia litterarum magna ex parte imbutus.*

[2]) cf. Teuffel. Gesch. d. röm. Lit.[5] § 495. 1 pag. 1291. De carmine eius condito versibus heroicis sexaginta uno audiendus est novissimus editor G. Goetz in ind. schol. Jenens. 1887/8.

[3]) de viris illustribus: *Scripsit quoque in ultimo ad petitionem Braulionis Caesaraugustani episcopi librum Etymologiarum, quem cum multis annis conaretur perficere, in eius opere diem extremum risus est conclusisse.*

[4]) IV. 11. 3. — VIII. 11. 26. — IX. 4. 26. — XI. 1. 93 — XIV. 3. 41, 44; 4. 16. — XV. 1. 47. — XVII. 5. 14; 7. 67; 9. 10, 80, 81, 84, 105; 10. 16, 20; 11. 6, 7, 8. — XIX. 5. 3; 17. 14; 18. 3; 19. 6, 15; 22. 13, 16; 28. 8, 9; 34. 4, 12. — XX. 2. 19; 3. 12; 6. 3, 7; 9. 4; 15. 4; 16. 2, 3. —

[5]) H. Dressel: de Isidori Originum fontibus. Diss. inaug. Gotting. 1874. Augustae Taurinorum. = Rivista di filologia e d'istruzione classica 3. 207 sqq.

datione adiuto deberetur et pauca tantum ibi exstarent ex aliorum libris exscripta. Aliter profecto res se habet: nam fere totus Etymologiarum codex alienae eruditionis receptaculum est, in quo transscripti leguntur innumeri multorum auctorum loci, perpauca sane pro multitudine rerum ad verbum exscriptarum ita immutata sunt, quae propriam Isidoriani ingenii speciem prae sese ferant“. Haec ille. At vereor, ne Isidori verba non recte interpretetur atque iusto severius existimaverit. Isidorus enim quod se in *quibusdam* locis adnotasse profitetur, sicut stilo maiorum exstet, quid aliud est quam esse in Etymologiis, ubi auctorum suorum locos ad verbum exscripserit[1]? Quid, quota Etymologiarum pars ipsius Isidori ingenio tribuenda sit, diiudicari vix posse mihi videtur, antequam de Isidori fontibus quaestio in singulis singulorum librorum partibus absoluta sit.

Atque postquam quomodo Isidorus in Tertulliani quidem libris exscribendis versatus sit, comparatis utriusque scriptoris verbis et litteris definire et terminare quam quidem potui diligentissime conatus sum, Dresselium iusto severius iudicasse intellexi, cum patere Hispalensis episcopi eximiam neglegentiam atque summam in exscribendo levitatem, qua veterum libris obiter tantum inspectis surrepta verba saepenumero ita corrupisse atque detorsisse affirmat, ut auctoris vestigia vix appareant (pag. 3). Nam in septuaginta fere locis, quibus Isidorus Tertulliano usus est, ita plerumque agit, ut socordiae mobilisve temeritatis accusari non possit. In ceteris scriptoribus expilandis quomodo versatus sit, inquirere meum non est; ad Tertullianum redeo.

Sed priusquam quasi penetrem in fabricam et officinam Isidori quasque secutus sit leges in exscribendis presbyteri Africani libris excutere instituam, id meminisse praestabit, Isidorum in componendis vel consuendis Etymologiarum libris id potissimum spectasse, ut communi usui destinati aequalibus quasi quoddam promptuarium opus essent (cf. Ebert, Gesch. d. christl. Lit. I. p. 566). Itaque ne subobscura, ut sunt nonnunquam Tertulliani verba, mediocrem aequalium intelligentiam fugerent, hic illic ad legentium ingenia accommodanda esse quin viderentur, fieri non poterat. Iam hae fere sunt leges, quas illum in locis quidem Tertullianeis in Etymologias transferendis secutum esse cognovi:

Ac primum quidem ubi proprius forte Tertullianeus stilus in promptuario rerum cognitione dignarum parum perspicuus esse videbatur, verbis ad intelligendum facilioribus usus est. Velut XVIII. 51 spreto, non tamen male intellecto vocabulo forensi *mancipes*, quod apud Tertullianum plurimum est (cf. Oehleri indic. s. v.), quo autem Isidorus nullo Etymologiarum loco, ne in libro quidem quinto usus est, vulgare illud *patronos* substituere maluit, non *auctores*, ut nihil esset cur accusaretur a Kneblero l. l. pag. 526 sententiae Tertullianeae male intellectae. Immo Isidorum non male fecisse putaverim, quod proprietates quasdam Tertullianei sermonis popularibus suis intellectu difficiliores ita mutavit, ut quid sibi vellent Hispanis septimi saeculi hominibus planius et apertius esset. Eodem pertinent, quamvis sint leviora, haec: Ut Solini verba 23. 6: *ibi oppidum Olisipone Ulixi conditum* in Etymol. XV. 1. 70 sic redduntur: *Olisipona ab Ulixe condita*, ita quod apud Tertullianum tritum usitatumque est, dandi casu passivo modo addito personam designari, a qua aliquid fit (cf. Harteli stud. patrist. III. 29) vitare solet, ut cum ille (de orat. 25): *quod Danieli quoque legimus obser-*

[1]) Eandem viam ac rationem se secutum esse profitetur in epistula missoria de ecclesiasticis officiis, quae data est ad Fulgentium episcopum: *Itaque, ut voluisti, libellum de origine officiorum misi, ordinatum ex scriptis vetustissimis auctorum, ut locus obtulit, commentatum, in quo pleraque meo stylo elicui, nonnulla vero ita, ut apud ipsos erant, admiscui.*

vatum scripserit, ipse Etymol. VI. 19. 63 activa forma usus *Danielem haec tempora in oratione observasse* maluerit; ne *est* quidem cum Infinitivo, id quod Tertullianus in deliciis habet (cf. cur. Tertull. meas pag. 69), admittit: nam Tertullianeum illud (de orat. 25) *quas sollemniores in scripturis invenire est* sic mutat: *quae tempora in scripturis inveniuntur* (Etym. VI. 19. 61); pro *innumerum nubere* (De exhort. cast. 6 pag. 745 Oehl. cf. Oehleri adnot.) apud Isidorum est *plures ducere* (de off. eccl. II. 20). Vocabula, quibus apud diversas nationes diversa vis et intellectus est, ad popularem et vulgarem usum sensumque accommodat. Atque notum est apud Afros adverbii *adeo* notionem non raro prope ad *ideo* accedere, apud Hispanos non ita. Quae causa fuit, cur Isidorus (Etymol. VIII. 11. 36) Tertullianeo *adeo* (ad Nat. II. 13) substitueret adverbium *ideo*. Deinde pro adverbio *retro* (de spect. 9), quod apud Tertullianum eadem vi esse solet, qua apud ceteros adverbium *antea*, scribere maluit Etymol. XVIII. 27. 1 vulgare illud *antea*. Praeterea Tertullianeam tritam illam coniunctionem *simul* (de virgin. veland. 11 pag. 899 Oehl.) mutavit in *simul ut* (de off. eccl. II. 20).

Tum verba a Tertulliano mutuata ubi cum iis, quae supra scripserat, non plane congruere viderat, ne loci inter se discreparent, suo Marte pro rerum necessitate commutare non dubitavit (cf. III. 21. 6; XVIII. 51) aut sententiam Tertullianeam explere ex iis verbis, quibus alio Etymologiarum loco eandem vel similem rem explicaverat (cf. VI. 19. 51; XVIII. 28. 2.).

Deinde mores ritusque rerum sacrarum diversi ii Tertulliani et Isidori aetate, postquam res monachica eiusque disciplina mirum quantum in mutandis officiis ecclesiasticis valuit, fecerunt, ut hic illic in afferendis illius locis complura aut posteriorum ecclesiae doctorum aut suae aetatis praescripta et leges addere coactus sibi videretur, id quod cadit in Etymol. VI. 19. 60 et 63.

Tum Isidorum graecis litteris vix imbutum fuisse Dresselio l. l. pag. 11 assentior. Quo factum est, ut ne nomina quidem scriptorum, quae invenerat in auctoribus, novisse videatur; nam non pauca id genus nomina aut per ambages circuit, ut XIV. 6. 29; XVIII. 27. 2. (cf. parergon 2.) aut plane tacere satis habet, ut XVIII. 16. 2 (cf. parergon 1.).

Postremo quod Dresselius l. l. pag. 5 et 6 Isidori proprium esse dicit complures eiusdem auctoris locos, qui sunt de eadem re, in unum conflare solere verbis modo hinc modo illinc excerptis, collati infra loci utriusque scriptoris non modo confirmabunt, verum etiam ex diversis nonnumquam scriptoribus vel minimas unius paragraphi partes confectas esse docebunt.

Mirum forsitan te habere possit, quod, quamquam eiusdem scriptoris septuaginta fere locos exscripsit, ipsum tamen presbyteri Africani nomen tacetur; at praeterquam quod plurimis locis auctorum nomina addere neglexit (cf. Dressel. l. l. pag. 3—5), dubito an Isidorus haeretici nomen premere satius habuerit. Nam quod in chronico est sub imperio Severi Pertinacis: *Tertullianus Afer in ecclesia illustris habetur* et in Etymol. VIII. 5. 60: *Tertullianistae dicti a Tertulliano, presbytero Africanae provinciae, civitatis Carthaginiensis animam non immortalem* (sic Otto, Gu. r.: *animam immortalem*, Gu. 1: *animam non mortalem*) *esse sed corpoream praedicantes et animas hominum peccatorum post mortem in daemonas verti putantur* (Gu. r. recte: *putantes*) sententiae meae non repugnat. Illud enim historici et ex Hieronymo exscriptum est, ut nomen hominis, *de* quo agitur, omitti non posset, hoc et illi simile et misere apud Ottonem quidem corruptum est. Plane enim falsa ipsiusque Tertulliani sententiae contraria referuntur: nam Tertullianus de anima 53 non emori cum corpore animam statuit, sed de oppanso corporis erumpere in apertum ad meram et puram et suam lucem. Quid, quod Isidorus non ipsum Tertullianum exscripsit, sed Augustinum (de haeres. LXXXVI),

apud quem haec scripta leguntur: *Tertullianus, sicut scripta eius indicant, animam dicit immortalem quidem sed eam corpus esse contendit* et *dicit sane etiam ipse animas hominum pessimas post mortem in daemones verti*[1]).

Quanti in Tertulliano restituendo Isidorus existimandus sit, quamquam Hartelius in stud. patrist. II. pag. 14 dubitat, tamen primum quidem animadvertendum esse mihi videtur Isidorum duobus saeculis aetate propiorem esse Tertulliano quam codicem Agobardinum; tum in codice Gu. r. quidem septuaginta fere annis post ipsius Isidori obitum scripto (cf. Kneblerum l. l. pag. 198) in iis libris presbyteri Africani, qui praeter Agobardinum in aliis libris manuscriptis exstant, cum illo magis quam cum his congruit.[2])

Jam antequam ad recensendos locos ab Isidoro e libris Tertullianeis excerptos accedam, praemittenda sunt nonnulla de eis locis, quos pravo, ut mihi quidem videtur, indicio Grialius aut Oehlerus e Tertulliano petitos esse statuerunt. Sunt ii quidem eiusdem argumenti, ut in eis hic illic — id quod consentaneum est in re simili — eadem fere reperiantur, quibus Tertullianus usus est, vocabula neque tamen congruunt sententiae. Atque primum quidem quod Oehlerus ad verba, quae sunt in libro de anima cap. 2 (pag. 302 R.): *Sed et medicinam inspexi, sororem, ut aiunt, philosophiae, sibi quoque hoc negotium vindicantem, quippe ad quam magis animae ratio pertinere videatur per corporis curam* adnotavit Isidori Etymologias IV. 13. 5: *Hinc est, quod medicina secunda philosophia dicitur. Utraque enim disciplina totum hominem sibi vindicat: nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur,* vix quicquam ita commune habent inter se loci, ut, qui est Isidori auctores exscribendi mos, pro geminis esse possint. Deinde vanum et commenticium est, quod Grialius Isidori locum Etymol. VI. 17. 4: *Hinc et laterculum dictum, quod ordinem habeat stratum annorum* ad Tertullianum rettulit, apud quem de resurr. carn. 25. pag. 499 Oehl.: *Etiam in Apocalypsi (Joannis) ordo temporum sternitur.* Jam vero idem cum nonnihil discrepare utrumque locum confiteatur, locum Isidoreum Etymol VIII. 5. 10: „*Ophitae a colubro nominati sunt. Coluber enim graece ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum* (Gu. r.: *paradiso*) *induxisse virtutis cognitionem* ex Tertulliani libro de praescr. haer. fluxisse hariolatur, in quo nihil eiusmodi est. Immo vero manifeste Augustinum de haeres. XVII expilavit Isidorus: *Ophitae a colubro nominati sunt. Coluber enim graece ὄφις dicitur.* Idem, nisi fallor, cadit in Grialii ad Isidor. Etymol. VIII. 11. 22 adnotatiunculam, quo loco ille antichristum non eum solum dicendum esse scripsit, qui dominum (Gu. r.: *deum*) esse Christum neget, sed omnes, qui exeant de ecclesia et ab unitate fidei praecidantur, antichristos esse. Quae verba abhorrent paene a Tertulliano de praescr. haer. 33 pag. 32 Oehl., quo loco legimus Joannem in epistula eos maxime antichristos vocare, qui negent Christum in carne venisse et qui non putent Jesum esse filium dei. Quod denique Grialius Etymol. VII. 2. 34 fluxisse ex Tertulliani libro de trinitate existimat, falsum haud dubie adscripsit auctorem neque facio cum illo suspicante locum Etymol. XV. 4. 10 totum desumptum esse e Tertullianeo libro, qui non exstet: non redolent verba argutias presbyteri Karthaginiensis.

[1]) Itaque verba *statum autem animae credit per traducem propagari*, quae in excusis Augustini libris addita sunt, desunt in omnibus manuscriptis, hinc removenda esse recte censet is, qui in patrologia hunc Augustini librum edidit, nam Isidorum in eo, quo usus est, codice non legisse apparet.

[2]) Iis locis, quibus Gu. r. a ceteris Etymologiarum codicibus discrepans cum Tertulliani verbis concordat, libri Guelpherbytani rescripti cum Tertulliano concentum in adnotationibus significare satis habui. Ex his quidem locis Isidorus emendandus erit.

Sequitur locorum Isidoreorum, qui e Tertulliani libris exscripti sunt, cum illis recensus.

De monogamia 5. (pag. 767 Oehl.):

Sic et duas Graeciae litteras, summam et ultimam, sibi induit dominus, initii et finis concurrentium in se figuras, uti, quemadmodum Α ad Ω usque volvitur et rursus Ω ad Α replicatur, ita ostenderet in se esse et initii decursum ad finem et finis recursum ad initium.

Etymol. I. 3. 9:

Reliquas vero duas, summam et ultimam sibi vendicat[1]) Christus. Ipse enim principium, ipse et[2]) finis, dicens: Ego sum Α et Ω. Concurrentibus enim[3]) in se[4]) invicem Α ad Ω usque devolvitur et rursum[5]) Ω ad Α replicatur[6]), ut ostenderet in se Dominus et initii decursum ad[7]) finem et finis decursum ad initium.

Gu. r.: [1]) *vindicat* [2]) *et* superscripsit man. alt., deest apud Arevalum. [3]) man. alt. superscripsit *autem* [4]) man. alt. male mutavit *inter se* [5]) *rursus* [6]) man. alt. male *replicabitur* [7]) *ad* corr. man. alt. ex *et*.

Verba Tertullianea Isidorus posuit in expositione de litteris Graecis. (I. 3, 6—9). Ibi postquam de litterarum *υ, ϑ, ι* significatione allegorica disseruit, pergit: *Reliquas vero duas.* Verba *usque volvitur et rursus Ω ad Α* omissa sunt non solum in ABCa, sed etiam in codice Luxemburgensi, de quo exposuit van der Vliet in Mnemosyne tom. XVIII. pag. 66/67; contuli ipse. Pro *volvitur* malim *devolvitur* cum omnibus Isidori codicibus; accedit quod *summa* littera Α ad *ultimam* Ω devolvi potius videtur quam volvi, Tertullianus enim tropicam vel, ut ipse solet dicere, figuratam orationem in singulis persequi consuevit.

Formis *rursus* et *rursum* promiscue utitur Isidorus; legitur *rursus* Etymol. III. 51; VI. 1. 11, 14. 7; VII. 13. 5; XI. 1. 97; XIII. 3. 2, 16. 3; *rursum* Etymol. III. 5. 5; VII. 2. 47; IX. 7. 26; XIII. 2. 2 et 4; XVIII. 7. 7. —

De praescr. haer. 39 (pag. 37. Oehl.):

Vides hodie ex Vergilio fabulam in totum aliam componi, materia secundum versus et (Aβ) versibus secundum materiam (solus A, reliqui: materias) concinnatis. Denique Hosidius Geta Medeam tragoediam ex Vergilio plenissime exsuxit (solus A, reliqui: expressit). Meus quidam propinquus ex eodem poeta inter cetera stili sui otia Pinacem Cebetis explicuit. Homerocentones etiam vocari solent qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus. Et utique fecundior divina litteratura ad facultatem cuiusque (solus A, reliqui: cuiuscumque) materiae.

Etymol. I. 38. 25:

Centones apud grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri[1]) sive Virgilii[2]) ad propria[3]) opera more centonario[4]) ex multis inde[5]) compositis in unum sarciuntur[6]) corpus ad facultatem cuiusque materiae. Denique[7]) Proba, uxor Adelphi, centonem ex Virgilio de fabrica mundi et evangeliis plenissime expressit materia (pessime interpungit Otto) composita secundum versus et versibus secundum materiam concinnatis. Sic quoque et quidam Pomponius ex eodem poeta inter[8]) cetera stili sui otia Tityrum[9]) in Christi honorem composuit, similiter et de Aeneidos[10]).

Gu. r: [1]) *omeri,* sequitur littera in rasura, cui spatio superscr. man. alt. *re,* ut cum vulgata scribi debeat: *vel* — [2]) *uirgili,* man. alt. *uirgilii* — [3]) man. pr.: *apropria,* man. alt.: *ad propria* — [4]) man. pr.: *centonario,* man. alt.: *centenario* — [5]) *hinc inde* = Tertull. — [6]) man. pr.: *sarciunt* = Tertull. man. alt.: *sarciuunt* — [7]) *denique proba* (litterae *ba* scrips. man. alt.), sequitur in contextu crucis nota, post illam septem fere litterae in rasura, quarum prima *p* apparet, ut scriptum fuisse videatur *plenissime,* versus finem faciunt verba *expressit materia.* Eadem crucis nota posita est in infima pagina, ubi man. alt. addidit haec: *uxor* |||||| *adelphi centonem ex uirgilio de fabrica* (corr. ex *faca*) *mundi et evangeliis.* |||| — [8]) man. pr.: *inter cetera stil* man. alt.: *ouicios* — [9]) man. pr.: *titi,* man. alt.: *rum.* [10]) *de ae euidos* man. alt.: *euidis.*

De Proba idem Isidorus de vir. illustr. 18: *Proba, uxor Adelphi proconsulis, femina idcirco inter viros ecclesiasticos posita sola, pro eo quod in laude Christi versata est componens centonem de Christo Virgilianis coaptatum versiculis. Cuius quidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. Quod tamen opusculum inter apocryphas scripturas inseritur.*

De Pomponio cf. Teuffel, Gesch. d. röm. Lit.[5] § 26. 3 pag. 41, qui idem extrema loci Isidorei verba bene explicat, spreta omnium codicum lectione scripserat Arevalus *et de Aeneide.* Pomponii carmen in communem usum a C. Bursian editum est in Berichte der Münchener Akad. 1878. II. 29.

De cor. 4. (pag. 425 Oehl.):

Consuetudo autem etiam in civilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit (defecit C. D. Magliabechianus) lex, nec differt, scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendet. Porro si ratione lex (ita A. R., reliqui codices et ipse quoque Luxemburgensis: lex ratione) constat, lex erit omne iam, quod ratione constiterit a quocumque productum. An non putas omni fideli licere concipere et constituere, dumtaxat quod deo congruat, quod disciplinae conducat, quod saluti proficiat?

Etymol. II. 10. 2. 3.

Consuetudo autem est ius quod de moribus institutum[1]) pro lege[2]) suscipitur, cum deficit lex[3]), nec differt[4]), scriptura an ratione[5]) consistat, quando et legem ratio commendat[6]). Porro si ratione lex consistat, lex erit omne, quod[7]) iam ratione constiterit, dumtaxat[8]) quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti ratione[9]) proficiat.

Gu. r. (cf. Kueblerum l. l. pag. 506): [1]) *eius quodam moribus,* ut scribendum sit: *ius quoddam moribus* — [2]) *quod per legem,* non recte Kueblerus [3]) *defecerit* — [4]) *non defecit* — [5]) *rationem* — [6]) *commendet* — [7]) *omne iam quod* = Tertull. — [8]) *dumtaxat aut vitat* pessime — [9]) *ratione* deest = Tertull.

Etymol. V. 3. 3. 4.

Consuetudo autem est ius quoddam[1]) moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit[2]) lex, nec differt, scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendet[3]). Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam, quod ratione constiterit[4]), dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat.

Gu. r. (cf. Kueblerum l. l. pag. 506): [1]) *ius quod* — [2]) *defecit* — [3]) *commendat* — [4]) *consteterit* —

Locus Tertullianeus Etymologiarum libris, qui sunt de iure humano (II. 10 de lege, V. 3. de differentiis inter ius, leges et mores), ita accommodatus est, ut hic a re proposita aliena omittantur, quae illic de fidelium licentia dicta sunt. De fine sententiae ab Ottone male tractato cf. Kueblerum l. l. p. 505.

de cor. 8 (pag. 436 Oehl.):

Primus litteras Mercurius enarravit: necessarias confitebor et commerciis rerum et nostris erga deum studiis. Sed et si nervos idem (male A: identidem) in sonum strinxit, non negabo et hoc ingenium cum sanctis fecisse et deo ministrasse audiens David. Primus medellas Aesculapius exploravit: meminit et Esaias Ezechiae languenti aliquid medicinale mandasse. Scit et Paulus stomacho vinum modicum prodesse.

Etymol. III. 21. 6:

Has (i. e. cordas) primus Mercurius excogitavit.

idemque prior in nervos sonum strinxit[1]).

Etymol. IV. 9. 1: Medicinae curatio spernenda non est. Meminimus enim et Esaiam Ezechiae languenti aliquid medicinale mandasse, et Paulus apostolus Timotheo modicum vinum prodesse dixit.

Gu. r.: 1) *in nervis sonum extrinxit*, eadem scribendi ratio invenitur III. 70. 34 et XVIII. 34. 1: *innexisse*, VII. 2. 3: *unxisti*.

Ex Tertulliani loco, quamquam Ottoni non persuasit, recte fecit Arevalus quod inverso ordine verborum, qui est in Etymologiis, Isidoro reddidit: *nervos in sonum strinxit*. Deinde quod Isidorus cum Tertulliano non facit Mercurium finxisse litteras tradenti sed cordarum inventorem vel excogitatorem fuisse narrat, noli mirari; superiore enim loco non Mercurium usum litterarum mortalium gentes docuisse, sed Hebraeos litteras a Moyse, Syros et Chaldaeos ab Abraham, Aegyptios ab Iside accepisse, Graecarum litterarum usum primos Phoenices invenisse (I. 3. 5), a Phoenice in Graeciam primum attulisse Cadmum, Agenoris filium (I. 3. 6), latinas litteras ad Carmentem nympham referendas esse scripserat I. 4. 1, in qua re, ne secum ipse pugnaret, cum Tertulliano facere noluisse videtur. (cf. III. 70. 36: *Sic Lyra pro Mercurio in coelum collocata.)*

ad nat. II. 15 (pag. 127 R.):

Sic, opinor, digni de caelo Castores et Perseus et Erigona, que[mad]modum et Iovis exoletus. Sed quid mirandum? Etiam canes et scor[pios et] cancros in caelum transtulistis.

Etymol. III. 70. 32:

Et admiranda[1]) dementia gentilium (Arevalus: *gentilium dementia)*, qui non solum pisces sed etiam arietes et hircos et tauros et ursas[2]) et canes et cancros et scorpiones in coelum[3]) transtulerunt.

Gu. r. et vulgata: 1) *miranda* = Tertull. — 2) *tauros ursas* = Areval. — 3) *in caelo*. —

Apolog. 7 (pag. 138. Oehl.):

Naturae fama omnibus nota est. Vestrum est: Fama malum qua non aliud velocius ullum. Cur malum fama? quia velox? quia index? an quia plurimum mendax? quae ne tunc quidem, cum aliquid veri adfert, sine mendacii vitio est, detrahens, adiciens, demutans de veritate. Quid? quod ea illi condicio est, ut nonnisi cum mentitur perseveret et tamdiu vivit, quamdiu non probat: siquidem ubi probavit, cessat esse et quasi officio nuntiandi functa rem tradit et exinde res tenetur, res nominatur. — Fama, nomen incerti, locum non habet, ubi certum est. An vero famae credat nisi inconsideratus? — Exinde in traduces linguarum et aurium serpit et ita modici seminis vitium cetera rumoris obscurat etc.

Etymol. V. 27, 26 et 27:

Fama autem dicta, quod[1]) fando, id est, loquendo pervagatur per traduces linguarum et aurium serpens. Est autem nomen et bonarum et malarum rerum[2]). Nam fama felicitatis[3]) interdum est, ut illud est[4]) „illustris fama“, quod laus est. Malarum, ut[5]) Virgilius: Fama malum, qua non aliud velocius ullum.

Famae[6]) autem nomen certiloquium non habet, quia plurimum mendax est, adiciens multa vel demutans de veritate: quae tamdiu vivit, quamdiu non probatur[7]). At ubi probaveris[8]), esse cessat et exinde res nominatur, non fama.

Gu. r. cf. Kueblerum l. l. pag. 517: 1) *quia* = Areval. — 2) *bonarum rerum et malarum* = Areval. — 3) *nam felicius interdum* — 4) deest *est* — 5) *malorum Et* — 6) *Fama autem nomen certi locum non habet* — 7) *probat* = Tertull. — 8) *probaberis*.

Isidori locus ex solo Apologetico exscriptus totus, id quod propter Kueblerum moneo, qui l. l. pag. 517 ex Apologetico et ex libro priore ad nationes illum conflatum esse censet, male hiat in mediis verbis, qualia quidem sumpsit ex Gu. 1. Otto, qui quod Isidorum *certiloquii* vocabulum novasse statuit advocatis *veriloquii* et *certiloquii* exemplis, haud dubium est quin non bene statuat: nam verba quae exscripsit Tertullianea locum emendandum docent ita: *Fama autem, nomen incerti, certi locum non habet.* Contra ea codex Gu. r. recte apud Tertullianum legi: *quae tamdiu vivit, quamdiu non probat* docet, quo loco fuerunt qui emendare sibi viderentur *probatur*. Ex Tertulliano redde Etymologiarum loco: *probaverit*.

Apol. 9 (pag. 146 Oehl.):

Siquidem et de genere necis differt, utique crudelius in aqua spiritum extorquetis aut frigori et fami et canibus exponitis. Ferro enim mori aetas quoque maior optaverit.

Etymol. V. 27. 35:

In ipso quoque genere necis differt. Crudelius[1]) est enim in aqua spiritum torquente[2]) extingui, ignibus uri, frigore et fame necari[3]), canibus et bestiis exponi. Nam ferro mori aetas quoque maior optaverit[4]).

Gu. r.: 1) *crudelius* e *crudelus* corr. man. pr. — 2) *torquentes* — 3) *negari* — 4) *optarit*.

Tertullianus calumniae tela nomini Christiano a gentibus inflicta quasi de Christianorum corpore vulsa in adversarios retorquet, cum infantes ab ethnicis, non a Christianis cru-

delissimis mortibus enecari queratur; Isidorus poenas in legibus constitutas (V. 27.) affert et de omnium aetatum generibus necis loquitur, ut mortem noxiis ignibus illatam de suae aetatis more addidisse videatur; nam bestiis exponendi poenam suppeditavit locus qui est ad nat. I. 15.

Apol. 18 (pag. 185 Oehl.):

Ptolemaeorum eruditissimus, quem Philadelphum supernominant, et omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum, opinor, aemularetur, inter cetera memoriarum, quibus aut vetustas aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu Demetri Phalerei grammaticorum tunc probatissimi, cui praefecturam mandaverat, libros a Judaeis quoque postulavit, proprias atque vernaculas litteras, quas soli habebant.

Etymol. VI. 3. (de bibliothecis) **5**:

Dehinc magnus Alexander vel successores eius instruendis[1]) omnium librorum bibliothecis animum intenderunt, maxime Ptolemaeus[2]) cognomento Philadelphus, omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum aemularetur, non solum gentium scripturas, sed etiam et divinas litteras in bibliothecam suam[3]) contulit.

Gu. r.: [1]) *instituendis* — [2]) *ptholomeus* — [3]) *bibliotheca sua.* —

De baptismo 6. (pag. 206 R.):

Nam si in tribus testibus stabit omne verbum (male addit Gangneius: *dei*), quanto magis, dum habemus per benedictionem eosdem arbitros fidei, quos et sponsores salutis, sufficit ad fiduciam spei nostrae etiam numerus nominum divinorum?

Etymol. VI. 19. 46 (de baptismo):

Sicut enim in tribus testibus stat omne verbum,

ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominum divinorum.

De baptismo 4 (pag. 204 R.):

Igitur omnes aquae de pristina originis praerogativa sacramentum sanctificationis consequuntur invocato deo. Supervenit enim statim spiritus de caelis et aquis superest sanctificans eas de semetipso, et ita sanctificatae vim sanctificandi combibunt. Quamquam ad simplicem actum competat similitudo, ut, quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur. — Igitur medicatis quodammodo aquis per angeli interventum et spiritus in aquis corporaliter diluitur et caro in eisdem spiritaliter mundatur.

Etymol. VI. 19. 49 (conflatus ex singulis vocabulis et sententiis Tertullianeis.)

Invocato enim deo descendit spiritus sanctus de coelis[1]) et medicatis aquis sanctificat eos[2]) de semetipso et accipiunt vim purgationis.

ut in eis et caro et anima delictis inquinata mundetur.

[1]) Verba *de caelis* omissa superscr. m. pr. — [2]) *eas* recte.

Deo, quod vocabulum Gangneio eliminandum esse visum est, retinendum esse probat locus Isidoreus.

De baptismo 7 (pag. 206 R.):

Exinde egressi de lavacro perungimur benedicta unctione de pristina disciplina, qua ungi oleo de cornu in sacerdotio solebant, ex quo Aaron a Moyse unctus est; unde Christus dicitur a chrismate, quod est unctio, quae domino nomen accommodavit facta spiritalis, quia spiritu unctus est a deo patre, sicut in Actis: Collecti sunt enim vere in ista civitate adversus sanctum filium tuum, quem unxisti. Sic et in nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit; quomodo et ipsius baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur, spiritalis effectus, quod delictis liberamur.

Etymol. VI. 19. 51: Nam sicut in baptismo peccatorum remissio datur, ita per unctionem sanctificatio[1]) spiritus adhibetur et hoc de pristina disciplina, qua ungi[2]) in sacerdotium[3]) et in regnum[4]) solebant, ex quo Aaron a Moyse unctus est. **Etym. VII. 2. 2**: Christus namque a chrismate est appellatus, hoc est, unctus; — — et inde[5]) christi dicti[6]) a chrismate, quod est unctio. **Etymol. VII. 2. 3**: Nam chrisma graece, latine unctio nuncupatur, quae etiam domino nomen accommodavit facta spiritalis, quia spiritu unctus est a deo patre, sicut in actibus apostolorum legitur[7]): Collecti sunt in hac civitate adversus sanctum filium tuum, quem unxisti. **Etymol. VI. 19. 52**: quae dum carnaliter fit, spiritaliter proficit, quomodo et in ipsa[8]) baptismi gratia visibilis actus est, quod in aqua mergimur, sed spiritalis effectus, quod delictis mundamur[9]).

Gu. r.: [1]) *sanctificationis.* [2]) *quia ungui.* [3]) *in sacerdotio* = Tertull. [4]) *regno.* [5]) *exinde.* [6]) vocabulum *dicti* deest. [7]) deest *apostolorum legitur* = Tertull. [8]) *et ipsa.* [9]) male: *delectis mundantur.*

Quod Isidorus de suo addidit verba *et in regno*, factum esse videtur, ne VI. 19. 51. discreparet ab iis quae sunt VII. 2. 2: *Praeceptum enim fuerat Judaeis, ut sacrum conficerent unguentum, quo perungi* (Gu. r.: *perungui) possent hi, qui ad sacerdotium vel ad regnum vocabantur* (Gu. r.: *qui vocabantur ad sacerdotium vel ad regnum): et sicut nunc regibus indumentum purpurae insigne est regiae dignitatis, sic unctio illis* (Gu. r.: *illis unctio) sacri unguenti nomen ac potestatem regiam conferebat* — Lactant. div. inst. IV. 7.

Non *acta* apostolorum sed *actus*, ut vocabulum quartae sit declinationis, Isidorus scribere solet: Etymol. VI. 1. 10. 2. 48 ter; VII. 12. 21. Prolog. ad prooemia in libr. vet. ac novi test. 13. De off. eccl. I. 1. 11. 6. 12. 12; II. 5. 10. 7. 3. 8. 2. 27. 1 et 4.

De baptismo 8 (pag. 207 R.):

Dehinc manus imponitur per benedictionem advocans et invitans spiritum sanctum.

Post octo versus ita pergitur: Tunc ille sanctissimus spiritus super emundata et benedicta corpora libens a patre descendit, super baptismi aquas tanquam pristinam sedem recognoscens conquiescit, columbae figura delapsus in domi-

Etymol. VI. 19. 54:

Manus impositio ideo fit, ut per benedictionem advocatus invitetur spiritus sanctus.

Tunc enim ille[1]) paracletus post mundata et benedicta corpora libens a patre descendit et quasi super baptismi aquam tanquam super pristinam sedem recognoscens quiescit. **Etymol. VII. 3.22**: spiritus sanctus idcirco in columbae specie venisse

Gu. r.: [1]) deest vocabulum *ille*, quod est apud Tertullianum.

num, ut natura spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis et innocentiae, quod etiam corporaliter ipso felle careat columba. Ideoque: Estote, inquit, simplices sicut columbae.

scribitur, ut natura eius per avem simplicitatis et innocentiae declaretur[2]). Unde et Dominus: Estote[3]), inquit, simplices sicut columbae. Haec autem[4]) avis corporaliter ipso felle caret, habens tantum innocen- et amorem.

[2]) *declar/././etur*, duae litterae in rasura, ut scriptum fuisse videatur *declararetur*. — [3]) *stote*, deest littera *e*. — [4]) *haec enim*. —

Ut Tertullianus vocabula composita in deliciis habet (cf. Hartel, stud. patrist. III. pag. 9), ita Isidorus simplicibus vocabulis ut hoc loco *mundandi* et *quiescendi* uti amat; qui tamen *super pristinam sedem* male scripsit, cum praepositionem e proximis repeteret. Pro *libens*, in quo vocabulo et Tertulliani et Isidori codices concordant, Scaligerus *πλεοναστικῶς labens*. Recte tamen Junius *descendit et* restituisse videtur.

De orat. 23 (pag. 197 R.):

De temporibus orationis nihil omnino praescriptum est, nisi plane omni in tempore et loco orare.

Etymol. VI. 19. 59:

Oratio petitio dicitur. Nam orare est petere, sicut exorare impetrare. Constat autem[1]) oratio loco et tempore.

De orat. 24.

Sed quomodo omni loco, cum prohibeamur in publico? „Omni,“ inquit „loco“, quem opportunitas aut etiam necessitas importarit. Neque enim contra praeceptum reputatur ab apostolis factum, qui in carcere audientibus custodiis orabant et canebant deo, aut a Paulo, qui in navi coram omnibus eucharistiam fecit.

Loco, quia non ubique, cum prohibeamur a Christo orare nec in publicum[2]), sed ubi opportunitas dederit aut necessitas importaverit. Neque enim contra praeceptum reputatur ab apostoliis factum, quia[3]) in carcere audientibus custodibus orabant et canebant deo.

De orat. 25.

De tempore vero non erit otiosa extrinsecus observatio etiam horarum quarundam, istarum dico communium, quae diei interspatia signant, tertia, sexta, nona, quas sollemniores in scripturis invenire est. Primus (correxit Arevalus: *primum)* spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrus, qua die visionem communitatis omnis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascenderat in superiora. Idem cum Johanne ad

Etymol. VI. 19. 60:

De tempore vero dictum est: Sine intermissione orate, sed hoc in singularibus. Nam est observatio quarundam horarum communium, quae diei interspacia signant, tertia, sexta et nona: similiter et noctis. **Etymol. VI. 19. 61:** Sed ideo hae horae orandi divisae sunt, ut si forte aliquo fuerimus opere

Gu. r.: VI. 19. 59: [1]) Vocabulum *autem* deest — [2]) *a Christo in puplico* (= Tertull.) *orare*, desunt verba *nec in publicum* — [3]) *factum qui* = Tertull.

VI. 19. 60: *hoc singularibus* = Areval.

VI. 19. 61: *haec orandi horae*.

nonam in templum adibat, ubi paralyticum sanitati reformavit. Quae etsi simpliciter se habent sine ullius observationis praecepto, bonum tamen sit aliquam constituere praesumptionem, quae et orandi admonitionem constringat et quasi lege ad tale munus extorqueat a negotiis interdum, ut quod Danieli quoque legimus observatum utique ex Israelis disciplina, ne minus ter die saltem adoremus, debitores trium, Patris et Filii et Spiritus Sancti; exceptis utique legitimis orationibus, quae sine ulla admonitione debentur ingressu lucis et noctis. Sed et cibum non prius sumere et lavacrum non prius adire quam interposita oratione fideles decet. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria et pabula quam carnis, quia priora caelestia quam terrena.

detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat, quae tempora in scripturis inveniuntur. **Etymol. VI. 19. 62:** Primum enim spiritus sanctus congregatis apostolis[1]) hora tertia infusus est. Petrus, qua die visionem communicationis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascenderat. Idem etiam cum Johanne hora nona templum adiit, quando paralyticum sanitati[2]) reformavit.

Etym. VI. 19. 63: Sed et Danielem[1]) legimus haec tempora in oratione observasse et utique[2]) ex Israelis disciplina, ut ne minus quam ter die[3]) adoremus. Debitores enim sumus trium (Arev. male: *personarum),* Patris et Filii et Spiritus Sancti; exceptis utique et aliis legitimis orationibus, quae sine ulla admonitione debentur ingressu lucis ac noctis, sive vigiliarum, sed et cibum non prius sumere quam interposita oratione[4]). **Etym. VI. 19. 64:** Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria, quia priora coelestia quam terrena.

VI. 19. 62: [1]) *congregatis discipulis* = Tertull. — [2]) *paralydicum sanitati pristinae*. cf. Etymol. IV. 13. 3: *Asclepiades quoque medicus phreneticum quendam per symphoniam pristinae sanitati restituit*.

VI. 19. 63: [1]) *danihelum* [2]) *observasse utique* = Tertull. — [3]) *non minus quam ter in die* — [4]) *interpositamorationem*.

Quae ex libro de orat. supra exscripsi desunt in codice Agobardino, exstant praeter codices deterioris notae in cod. Ambrosiano saec. X/XI. Atque in cap. 24 nonnulla ex Isidoro Tertulliano reddenda esse videntur; nam de schemate *ἀπὸ κοινοῦ* quae stud. patr. II. 17 attulit, Hartelio me non oboedire posse doleo paene: neque omnes apti esse mihi visi sunt neque faciunt ad hunc locum. Itaque ex Isidoro exple: *opportunitas dederit*. Contra quae leguntur VI. 19. 63 in omnibus fere Etymologiarum libris verba: *Debitores* usque ad *interposita oratione* ne pessime adhuc sint depravata vel in Gu. r. vereor. Unde enim pendet infinitivus *sumere?* Videtur restituendum esse e Tertulliano: *sumere fideles decet*. Vulgata scripsit: *debemus*.

Notum quidem est a Plauto inde femininam pluralis formam *haec* hic illic inveniri cf. Neue, lat. Formenl.[2] II. p. 207/8. Georges, lat. Wortformen s. v. *hic*); libet hoc loco addere, qui in hac re in Isidori Etymologiis usus esse videatur: atque altera forma, quae est *hae*, usus est I. 4. 15, XIII. 18. 6, XIV. 8. 18; altera I. 4. 4, I. 6. 31 (ubi altera manus extremam litteram

c delere conata est), IV. 7. 39, V, 2. 1 (littera *c* a priore manu superscripta), V. 27. 20, VI. 19. 61, VIII. 5. 70, IX. 2. 9 et 25 et 37, XIV. 6. 20, XVIII. 27. 2, XIX. 1. 27, prooem. in libros veter. ac novi test. 15, quo loco Arevalus *hae* maluit. Quae cum ita sint, illis quoque, quos priore loco attuli, locis formam *haec* restituendam esse putaverim.

De vigiliis multa adhuc esse obscura F. X. Kraus, *Realencylop. d. christl.. Alt. II s. v.* conqueritur: nam quod de orat. cap. 25 (pag. 200 R.) Tertullianus de vigilia monet, ideo factum est, quod officia ecclesiastica comparat cum militaribus, ut et die stationem et nocte vigiliam exercendam esse velit; vigiliam dicit, non vigilias. Statutam autem praeter sollemnia Paschae (ad ux. II. cap. 4 pag. 689 Oehl.), qua nocte Christus iudicio adventurus exspectabatur, eius modi vigiliam non fuisse, sed de nocturnis convocationibus, *si ita oportuerit*, sermonem esse satis demonstrat idem locus, qui est ad ux. II. 4. Eodem pertinet locus de cor. cap. 3 (pag. 422 Oehl.), ubi eucharistiae sacramentum etiam antelucanis coetibus celebratum esse dicit. Inde patet vigiliam tum quidem nonnunquam indictam esse, ubi certa quaedam res iubere videbatur Christianos convenire nocte. Quae cum ita sint, Isidorum vigilias et noctis tres illas orandi horas de suo suaeque aetatis officia ecclesiastica secutum addidisse putaverim, qui mos ad monachorum regulam ex Aegypto inductam referendus esse videtur.

Ea ipsa causa fuisse videtur, cur ea, quae apud Tertullianum sunt, omitteret, non prius debere adiri lavacrum quam interposita oratione. Ac Tertulliani quidem aetate, si minus praecepto ecclesiastico aut locis Christianis frequentibus sancitum, at, ut valetudini consuleretur, morem corporis lavandi observatum esse compluribus locis probatur. Ipse enim (Apol. cap. 42. pag. 274 Oehl.): „non lavor diluculo Saturnalibus, ne et noctem et diem perdam, attamen lavor honesta hora et salubri, quae mihi et calorem et sanguinem servet“ et alio loco (de corona cap. 3. pag. 421 Oehl.) ex die baptismi lavacrum *cottidianum* intermitti per totam hebdomadem profitetur. Contra ea Jacobum apostolum numquam (Hegesipp. apud Euseb. hist. eccl. II. 23, Epiph. haeres. 78, 13, Hieronym. de vir. illustr. 2), Joannem semel (Epiph. haeres. 30, 24) lavisse corpus tradiderunt, monachos saeculi IV. lavacro omnino abstinuisse (Epiph. expos. fid. 23). Hunc morem secutus Hieronymus Salvinam viduam (ep. 79), Rusticum monachum (ep. 125), denique adultas virgines omnes, quae se ipsas erubescere debeant, nudas videre non possint (ep. 107 ad Laetam), ne laventur, dehortatur (cf. Kraus l. l. s. v. *Bäder*). Unde lavandi mos apud Christianos saeculi VII. in Hispania si non vetitus, at inusitatus fuisse videtur.

De orat. 19 (pag. 192 R.):

Si statio de militari exemplo nomen accepit (nam et militia dei sumus), utique nulla laetitia sive tristitia obveniens castris stationes militum rescindit. Nam laetitia libentius, tristitia sollicitius administrabit disciplinam. **De ieiunio 10** (pag. 287 R.): Nam et milites numquam immemores sacramenti magis stationibus parent.

Etymol. VI. 19. 66:

Jeiunium autem et statio dicitur. Statio autem de militari exemplo nomen accepit, pro eo quod nulla laetitia sive tristitia[1]) obveniens castris stationem militum rescindit. Nam laetitia libentius, tristitia sollicitius administrat disciplinam, unde et milites nunquam immemores sacramenti magis stationibus parent.

Gu. r.: [1]) Verba *sive tristitia* om. —

Quod desunt verba *sive tristitia* in Gu. r. librarii errori tribuendum est, ut iure restituerit Arevalus genuinam lectionem ex Tertulliano et Isidori verbis, quae subsequuntur. Idem librarii vitium est VII. 3. 28: *Per illum autem spiritum sanctum ipsa anima mundatur [et saginatur]*: VIII. 11. 20: *Non sic, sed [Antichristus graece dicitur, quod est latine contrarius Christo.] Ἀντὶ enim* (vocula deest in Gu. r.) *graece in latinum* (Gu. r.: *latine) contra significat.*

De paenit. 9 (pag. 659 Oehl.):

Is actus, qui magis graeco vocabulo exprimitur et frequentatur, exomologesis est, qua delictum domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est, conversionem iniungens misericordiae illicem. De ipso quoque habitu atque victu mandat sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deiicere, illa, quae peccavit, tristi tractatione mutare etc.

Etymol. VI. 19. 76:

Ex hoc igitur graeco[1]) vocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis, qua delictum nostrum domino confitemur, non quidem ut ignaro[2]), cuius cognitioni nihil occultum est, sed confessio est rei scilicet eius, quae ignoratur professa cognitio. **Etymol. VI. 19. 79:** Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis[3]) disciplina est, habitu atque victu, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deiicere, illa, quae peccavit, tristi tractatione mutare.[4])

Gu. r.: [1]) vocabulum *graeco* deest — [2]) *non quidem ignaro* — [3]) *humiliandi hominibus* — [4]) *dediere illi quae peccanti tristiti tractatione.*

Fortasse scribendum erit ex Tertulliano: *de habitu atque victu sacco et cineri incubare.*

Apol. 3 (pag. 125 Oehl.)

Christianus vero, quantum interpretatio est, de unctione deducitur. — Quid novi, si aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit?

Etymol. VII. 14. 1:

Christianus, quantum interpretatio ostendit, de unctione dicitur, sive de nomine auctoris et creatoris. A Christo enim Christiani sunt cognominati, sicut a Iuda Iudaei. De magistri quippe nomine cognomen sectatoribus datum est.

De praescr. haer. 6 (pag. 7 Oehl.)

Haereses dictae graeca voce ex interpretatione electionis, qua quis sive ad instituendas sive ad suscipiendas eas utitur. Ideo et sibi damnatum dixit haereticum, quia et in quo damnatur sibi elegit. Nobis vero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec

Etymol. VIII. 3. 2:

Inde ergo haeresis dicta graeca voce ex interpretatione electio[1]), qua[2]) quisque arbitrio suo ad instituenda sive suscipienda quaelibet ipse sibi eligit[3]).

Nobis vero nihil ex arbitrio nostro[4]) inducere licet nec[5]) eligere quod[6]) aliqui

Gu. r.: [1]) *electionis* = Tertull. — [2]) *quia.* — [3]) *elegit* = Tertull. — [4]) *ex nostro arbitrio* = Tertull. — [5]) *sed nec* = Tertull. —

eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus assignaverunt. Itaque etiamsi angelus de caelis aliter evangelizaret, anathema diceretur a nobis.

arbitrio suo induxerunt[6]). **Etymol. VIII. 3. 3:** Apostolos dei habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus assignaverunt. Itaque etiamsi angelus de coelis[7]) aliter evangelizaverit, anathema vocabitur.

[6]) *et quod.* — *aliquis de arbitrio suo induxerit* = Tertull. — [7]) *de caelo.* —

Pro *indulgere* secundum Isidorum Grialius mavult *inducere;* non abnuerim.

De praescr. haer. 30 (pag. 26 Oehl.): Ubi tunc Valentinus, Platonicae sectator?

De praescr. haer. 34 (pag. 32 Oehl.): Facilius de filio quam de patre haesitabatur, donec Marcion praeter creatorem alium deum solius bonitatis induceret. Apelles creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris dei faceret deum legis et Israelis, illum igneum affirmans. Valentinus Aeonas suos spargeret et unius Aeonis vitium in originem deduceret dei creatoris.

Etymol. VIII. 5. 11: Valentiniani a Valentino quodam Platonico sectatore vocati, qui aeonas, id est, saecula quaedam in originem dei creatoris induxit: Christum quoque de virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asserunt[1]). **Etymol. VIII. 5. 12:** Apellitae, quorum Apelles princeps fuit[2]), qui creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris dei faciens deum Israelis[3]), illum igneum affirmans, dixit[4]) Christum non deum in veritate, sed hominem in phantasia apparuisse.

Gu. r.: [1]) *adseruit* recte man. pr. ex *adserunt* — Pessimo verborum ordine: [2]) *princeps fuit Apellitae quorum Apelles qui creatorem*— [3]) *qui deum legis Iscahel* = Tert., sed deest *et* — [4]) *adfirmans Apellitae quorum auctor appellatur qui dixit.*

Extrema Valentiniani placiti verba exscripsit Isidorus ex Augustino de haeres. 11: (Valentinus perhibet). *Christum nihil assumpsisse de virgine* Maria, *sed per illam tamquam* per rimam aut *per fistulam* sine ulla de illa assumpta carne *transisse:* in Apellis haerese Marcionis et Apellis placita inter se confudisse arguendus est, nam est de carne Christi cap. 6. p. 436 Oehl.: *Perrenimus igitur de calcaria, quod dici solet, in carbonariam, a Marcione ad Apellen, qui, postquam a disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus, dehinc in virginem Philumenen spiritu eversus est, solidum Christi corpus, sed sine nativitate suscepit ab eo praedicare* et de resurr. carn. cap. 2 pag. 468 Oehl.: *Ideoque et Christum aliter disponere coacti, ne creatoris habeatur, in ipsa prius carne eius erraverunt, aut nullius veritatis contendentes eam secundum Marcionem et Basiliden, aut propriae qualitatis secundum haereses Valentini et Apellen,* vel in ipso incerti auctoris libello adv. omn. haeres. cap. 6 pag. 763 Oehl. bene: *Christum neque in phantasmate dicit fuisse* (Apelles), *sicut Marcion, neque in substantia veri corporis, ut evangelium docet, sed ideo quod e superioribus partibus descenderet, ipso descensu sidereum sibi carnem et aëream contexuisse.* (cf. Grialii adnot.) Alteri praeter Tertullianum auctori sese applicuisse Isidorum satis significant in Gu. r. verba: *Apellitae, quorum auctor* (adde: *Apelles) appellatur, qui dixit.*

De praescr. haer. 33 (pag 31 Oehl.): Idem apostolus, cum improbat elementis servientes, aliquid Hermogenis ostendit, qui materiam non natam introducens deo non nato eam comparat et ita matrem elementorum deam faciens potest ei servire, quam deo comparat.

Etymol. VIII. 5. 30: Hermogeniani[1]) ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam[2]) introducens deo non nato eam comparavit matremque elementorum et deam asseruit: quos apostolus improbat[3]) elementis servientes.

Gu. r.: [1]) *Ermogiani* — [2]) *natatam* — [3]) Inter vocabula *apostolus imp* (sic!) et *elementis* duarum vel trium litterarum spatium vacuum relictum est.

De praescr. haer. 33 (pag. 31 Oehl.): Et ad Galatas scribens invehitur in observatores et defensores circumcisionis et legis. Hebionis haeresis sic est.

Etymol. VIII. 5. 36: Ebionitae ab Ebione dicti sive a paupertate. Christum enim per profectum solum verum (scribe: *virum*) iustum putant effectum. Unde competenter Ebionei pro paupertate appellati sunt. Hi Semiiudaei sunt et ita tenent evangelium, ut legem carnaliter servent: adversus quos ad Galatas apostolus scribens invenitur.

Gu. r. et Gu. 2: Verba inde ab *sive a paupertate* usque ad *appellati sunt* desunt.

Praeter Tertullianeum locum exscripsit Isidorus Hieronymi comm. in Is. I. pag. 57 Migne: *videlicet Iudaei aut Semiiudaei i. e. Ebionitae.* Quod vero quae sequuntur verba Grialius refert ad eiusdem patris eundem comm. in Is. I., non repperi. Alteram de Ebionitarum nomine expositionem recte rettulit idem ad Eusebium hist. eccl. III. 27 Ruffino interprete: (Ebionaei) *solum* eum hominem *putant* et *per profectum* vitae ac virtutis *virum iustum effectum* et paulo post: *Unde competenter Ebionitae pro paupertate* intelligentiae (ita scribendum supra contra unum codicem Gu. 1 interpolatum apparet, in quo omissum est *intelligentiae*) *appellati sunt.* At quoniam verba illa desunt in cod. Gu. r., vereor, ne sint spuria et interpolata a nescio quo post Isidorum explente Etymologias.

Apol. 3 (pag. 125 Oehl.): Nonne philosophi de auctoribus suis nuncupantur Platonici, Epicurei, Pythagorici? etiam a locis conventiculorum et stationum suarum Stoici, Academici?

Etymol. VIII. 6. 6: Divisi sunt autem[1]) et hi[2]) in haeresibus suis, habentes quidam nomina[3]) ex auctoribus[4]), ut Platonici, Epicurei, Pythagorici: alii a locis conventiculorum et stationum[5]), ut Peripatetici, Stoici, Academici.

Gu. r.: [1]) *autem* deest — [2]) *ethici* = vulg. — [3]) *habent quidam nomina* = Tertull. — [4]) post vocabulum *auctoribus* erat in codice *suis*, sed paene erasum — [5]) *stationum suarum* = Tertull.

Quid vocabulum *ethici*, quod legitur in Gu. r. et in vulgata? Cap. 6 § 3 etiam philosophos triplici genere dividi, esse enim physicos aut ethicos et logicos § 4, 5, 6 init. eodem ordine illorum et doctrinas et nomina graeca exponit. Pergit male qui Gu. 1. scripsit: *Divisi sunt autem et hi in haeresibus suis,* in quibus verbis *et hi* ad logicos referri non possunt.

quos in diversas sectas discedere ne Isidorum quidem dixisse mihi persuasi. Cap. 3. 1 haeresem ita interpretatur: *Haeresis graece ab electione vocatur, quod scilicet unusquisque (id Gn. r.) sibi eligat, quod melius illi esse videtur, ut philosophi Peripatetici, Academici, et* (deest in Gn. r.) *Epicurei et* (deest in Gn. r.) *Stoici vel sicut alii, qui perversum dogma cogitantes arbitrio suo de ecclesia recesserunt.* Cap. 4 de haeresibus Iudaeorum, cap. 5 de Christianorum, cap. 6 de philosophis gentium est. Quae cum ita sint, cum Gn. r. et vulgata restituendum puto: *Divisi sunt et ethnici.* Quid, quod etiam medicorum tres haereses commemorantur ab Isidoro IV. 4. 1. — Fuit, cum opinarer ex Isidoro Tertulliano reddendum esse: *Peripatetici, Stoici, Academici.* Abieci sententiam, nam videtur Isidorus repetivisse Peripateticorum nomen ex VIII. 3. 1.

Apol. 47 (pag. 287 Oehl.):

Inventum enim solummodo deum non ut invenerant disputaverunt, ut et de qualitate et de natura eius et de sede disceptent. Alii incorporalem adseverant, alii corporalem, ut tam Platonici quam Stoici, alii ex atomis, alii ex numeris, qua Epicurus et Pythagoras, alius ex igni, qua Heraclito visum est.

ad nat. II. 2 (pag. 96 R.):

Invento enim solummodo deo non ut invenerunt exposuerunt, ut de qualitate eius et de natura, etiam de sede disceptent: Platonici quidem curantem rerum et arbitrum et iudicem, Epicurei otiosum et inexercitum et, ut ita dixerim, neminem.

Etymol. VIII. 6. 19:

Inventum enim solummodo deum non ut invenerunt exposuerunt, quia evanuerunt in cogitationibus suis. Dicentes enim esse[1]) sapientes stulti facti sunt. **Etymol. VIII. 6. 20:** Item Platonici quidem deum curatorem[2]) et arbitrum et iudicem asserunt[3]), Epicurei otiosum et inexercitatum. De mundo autem Platonici affirmant incorporalem, sed[4]) Stoici corporalem, Epicurus ex atomis, Pythagoras ex numeris, Eraclitus ex igne[5]).

Gn. r.: [1]) *dicentes enim se esse* recte omnes codices praeter unum Gn. 1. — [2]) *Platonici deum curatorem quidem* — [3]) *et iudicem asserunt* deest librarii errore — [4]) vocula *sed* deest [5]) *araclitus ex igni.*

ad. nat. II. 2. (pag. 97. R.)

Unde et Varro ignem mundi animum facit, ut perinde [in] mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis. Atqui vanissime. „[Nam] cum est", inquit, „in nobis, ipsi sumus; cum exivit, emorimur". Ergo et ig[nis] cum de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur.

Etymol. VIII. 6. 21.

Unde et Varro ignem mundi animum dicit, proinde quod in mundo ignis omnia gubernat[1]), sicut animus in nobis. Quam vanissime: „Qui cum est", inquit, „in nobis, ipsi sumus; cum exiit[2]), emorimur". Ergo et ignis cum de mundo per fulgura[3]) proficiscitur, mundus emoritur.

Gn. r.: [1]) *governet.* — [2]) *exit.* — [3]) *fulgora.*

De praescr. haer. 7 (pag. 8 Oehl.):

Ipsae denique haereses a philosophia subornantur. Inde aeones et

formae nescio quae infinitae et trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus fuerat; inde Marcionis deus melior de tranquillitate: a Stoicis venerat; et ut anima interire dicatur: ab Epicureis observatur; et ut carnis restitutio negetur: de una omnium philosophorum schola sumitur; et ubi materia cum deo aequatur: Zenonis disciplina est; et ubi aliquid de igneo deo allegatur: Heraclitus intervenit. Eadem materia apud haereticos et philosophos volutatur, idem (recte $A\beta$) retractatus implicantur.

In A. est: *Formae nescio quae infinitae . . . . nis aput,* et *idem retractotus,* de qua re e schedis Reifferscheidianis G. Wissowa, qua solet esse facilitate, me certiorem fecit indignabundum haerentem inter discrepantiam collationum Baluzii et Hildebrandi.

Etymol. VIII. 6. 22 et 23:

Hi philosophorum errores etiam apud Ecclesiam induxerunt haereses. Inde aeones et[1]) formae nescio quae, inde apud Arium[2]) trinitas nominis et apud Valentinum Platonicus furor. Inde Marcionis deus melior de tranquillitate: ab Stoicis enim venerat; et ut[3]) anima interire dicatur: Epicurus observatur; et ut[3]) carnis restitutio negetur: de vana omnium philosophorum schola sumitur: et ubi materia cum deo aequatur: Zenonis disciplina est; et ubi quid de igneo deo legitur: Eraclitus intervenit. Eaedem materiae[4]) apud haereticos et philosophos voluntantur, iidem retractatus implicantur.[5])

Gn. r.: [1]) *eona sed.* — [2]) *aput arrio.* — [3]) vocula *et* deest. — [4]) *eadem materia* et *volutatur* = Tertull. — [5]) *idem* (= Tertull.) *et cetractatos replicantur.*

A primo apud Tertullianum argumento, quo haereticos a philosophis pendere docet, discrepat locus Etymologiarum, ut Oehlerus hunc ex illo emendandum esse admoneat. Non ita: Isidorus, sive quod de Valentini de hominis trinitate placito non secus dubitabat ac librarius, qui codicem Leidensem scripsit, in quo *aeternitas hominis* legitur, sive quod in exemplari lacunam, quae est in codice Agobardino, vel *nominis*, non *hominis* trinitatem invenerat, facile adductus esse videtur, ut, quemadmodum fecerat VI. 19. 60 de tribus orandi horis nocturnis et 63 de vigiliis, suo arbitrio Arium induceret, quod rex Reccaredus Arii haeresem in tertio concilio Toletano (anno 589) damnaverat eiusque rei memoriam apud aequales Hispanos revocare satius duxerat. Ariani dogmatis vehementissimum adversarium ipsum Isidorum fuisse probatur et sermone illo, quem contra Arianos fecit, et historia de regibus Gothorum, in qua in Arium compluribus locis magno cum furore invehitur.[1]) Malignam deinde

[1]) Historia de regibus Gothorum cum §§ 7. 9. 15. 50. tum § 8: *Gothi autem statim ut litteras et legem habere coeperunt, instruxerunt sibi dogmatis sui ecclesias, talia iuxta eundem Arium de ipsa divinitate documenta tenentes, ut crederent filium patri maiestate esse minorem et aeternitate posteriorem, spiritum autem sanctum nec deum esse neque substantiam patris existere, sed per filium creatum esse, utriusque ministerio deditum et amborum obsequio subditum. Aliam quoque patris sicut personam, sic et naturam asserentes, aliam filii, aliam denique spiritus sancti, ut iam non (secundum sanctae scripturae traditionem) unus deus et dominus coleretur, sed iuxta idololatriae superstitionem tres dii venerarentur. Cuius blasphemiae malum per decessum temporum regumque successum annis CCXIII tenuerunt. Qui tandem reminiscentes salutis suae renuntiaverunt inolitae perfidiae et per Christi gratiam ad unitatem fidei catholicae pervenerunt* et § 53: (Reccaredus) *synodum deinde episcoporum ad condemnationem Arianae haeresis de diversis Hispaniae et Galliae provinciis congregat. Cui concilio idem religiosissimus princeps interfuit gestaque eius praesentia sua et subscriptione firmavit, abdicans cum omnibus suis perfidiam, quam hucusque Gothorum populus Ario docente didicerat, et praedicans trium personarum unitatem in deum, filium a patre consubstantialiter genitum esse, spiritum sanctum inseparabiliter a patre filioque procedere et esse amborum unum spiritum, unde et unum sunt.* De nominis trinitate vel triade cf. praeterea Fr. Boehringer, Gesch. d. Kirche Christi u. ihrer Zeugen², VI. 1. pag. 194.

notam in fine sententiae de suo iussit Platoni Isidorus; apud Tertullianum sententiae in verborum coniunctione inter se aequales sunt et congruentes: cum haeretici nomen et res, in qua veram fidem non profitetur, et ea philosophorum schola. a qua sua quisque sumpsit. afferuntur. nullius neque philosophi neque haeretici hoc loco censura agitur. Abstinet idem iniquis verbis in iis. quae sequuntur: *ut carnis restitutio negetur. de una omnium philosophorum schola sumitur.* ut aut. cum Tertullianum exscriberet. Isidorus verba auctoris male corrupisse dicendus sit (quid enim est *rana omnium philosophorum schola?*). aut emendandus ex Tertulliano. Recte enim is diversas quidem esse de deo divinisque rebus philosophorum sententias. inde eos in diversas scholas abire. in eo tamen omnes consentire. quod resurrectionem carnis ad unum omnes negent. et ab hac quidem parte una omnes schola contineri; unde fieri. ut haereticis. cum in ceteris quidem hic illic. quae sibi conveniant. eligere cogantur. de resurrectione carnis nullius scholae electio relicta sit. nullam enim de ea re dissentire.

De idol. 9 (pag. 38 R.):

Primi igitur stellarum interpretes natum Christum annuntiaverunt. primi muneraverunt. —

At enim scientia ista usque ad evangelium fuit concessa. ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de caelo interpretetur.

Etym. VIII. 9. 25 et 26:

Primum autem iidem[1]) stellarum interpretes magi nuncupabantur.[2]) sicut[3]) de his legitur. qui[4]) in evangelio natum Christum annunciaverunt[5]); postea hoc nomine soli mathematici. Cuius artis scientia usque ad evangelium fuit concessa. ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de coelo interpretaretur.

Gu. r.: [1]) *idem* — [2]) *nuncupantur* — [3]) *sed sicut* — [4]) *qui* deest — [5]) *in evangelio natu Christo adnuntiaverunt.*

De idol. 3 (pag. 32 R.):

Quando [enim] et sine idolo idololatria fiat, utique. cum adest idolum. [nihil] interest. quale sit, qua de materia, qua de effigie, n[e qui pu]tet id solum idolum habendum, quod humana effig[ie sit con]secratum. Ad hoc necessaria est vocabuli interpretatio. [Εἶδος] graece formam sonat; ab eo per diminutionen εἴδωλον de[ductum]; aeque apud nos (*forma* addidit Reifferscheidius) formulam fecit. Igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde idololatria omnis (male A: hominis) circa omne idolum famulatus et servitus.

Etymol. VIII. 11. 13 et 14:

Idolum autem est simulacrum. quod humana effigie factum et consecratum est iuxta vocabuli interpretationem.

Eidos autem graece[1]) formam sonat, et ab eo per diminutionem[2]) idolum deductum. quod apud nos formulam facit. Igitur omnis[3]) forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde et idololatria omnis circa idolum[4]) famulatus et servitus.

Gu. r.: [1]) *idus enim graece* — [2]) male: *diminutionem* — [3]) *idolum dictum atque aput nos formulam faciunt. Ideo omnes* — [4]) *Inde* (deest *et* uti apud Tertullianum) *idolatria omnes circa omnem idolum* = Tertull.

Recte. ut mihi quidem videtur. Isidorus: nam quae de hoc loco Reifferscheidius. cui Petschenigius litter. Centralbl. 1890 pag. 1425 assentitur. et Hartelius stud. patrist. I. pag. 39. 40 correxerunt. quoniam nimis abhorrent a codice Agobardino. minus probabilia sunt. Restitue in Tertulliano: *atque apud nos formulam faciunt.* Saepe enim confunduntur in hoc codice fines *t. nt. tur. ntur* (cf. Hartel. stud. patrist. II. pag. 28. adn. 2) propter similitudinem notarum (cf. curas Tertull. meas pag. 51 in conspectu notarum).

ad nat. II. 12 (pag. 119 R.):

Potest incorporaliter fingi quodvis, quo[d non fu]erit omnino. vacat fingendi locus. ubi veritas est. **De cor. 10** (p. 439 Oehl.): Nulla vero distantia est abutendi. cum veritas cessat utendi.

Etymol. VIII. 11. 29:

Omnino enim fingendi locus vacat. ubi veritas cessat.

Gu. r. male: *uti.*

Ex duobus Tertulliani locis contaminasse sententiam Isidorum apparet.

ad nat. II. 12 (pag. 116 R.):

Origo enim (*una* addidit Reifferscheidius) totius posteritatis. Ea origo deorum vestrorum Saturno. ut opinor, signatur.

Etymol. VIII. 11. 30:

Saturnus origo deorum et totius posteritatis a paganis designatur.

Isidorus cum ea tantum exscriberet. quae in rem erant et *vestrorum* in *a paganis* mutare et verbis *ut opinor* abstinere debebat. Cetera omnibus verbis expressa reddidit. Unde apparet Reifferscheidium praeter necessitatem *una* addidisse.

ad. nat. II. 13. (pag. 124 R.):

Privato enim titulo Iovem Optim[um vulgo appella]tis, et est Vergilii „aequus (cf. van der Vliet. stud. eccl. I. pag. 31) Iuppiter". Omnes perinde incesti in suos, impudi[ci in ex-]traneos, impii. iniusti.

Etymol. VIII. 11. 34:

Hunc (dicit Iovem) et privato titulo Iovem Optimum dixerunt, dum fuisset incestus in suis. impudicus in extraneis.

ad nat. II. 13. (pag. 123 R.):

De quo poetica sic lusitavit quomodo [fere. quando] de fugitivo palam factum. solemus et operam eius percon[tationi alienae] abusive nundinare. modo in pretia luxuriae eum figurando. [tamquam si b]ovem aut pretium bovis pensaverit, et imbrem aureum pergulis [immiserit. id est.] aditum pecunia ruperit. modo in similitudines actuum ip[sas in aquila]m qui rapuit. cycnum qui cantaverat. Adeo non fabulae istae sunt de fa[stidiosissimis foeditatibus atque summis flagitiis compositae?]

Etymol. VIII. 11. 35:

Quem (i. e. Iovem) modo taurum fingunt propter Europae raptum, fuerat[1]) enim in navi. cuius insigne erat taurus; modo Danaes per imbrem aureum appetisse concubitum. ubi intelligitur pudicitiam mulieris ab auro corruptam[2]); modo in similitudinem aquilae fuisse[3]). propter quod puerum ad stuprum rapuerit.[4]) modo serpentem. quia reptaverit et cygnum. quia cantaverit.

Gu. r.: [1]) *fuit.* [2] *pudicitiamulieris ab auro fuisse corruptam* = August. de civ. dei XVIII. 13. — [3]) *fuisse aquilae.* — [4]) Desunt verba *ad stuprum.* —

ad nat. II. 7 (pag. 107 R.): Riden[dum an i]rascendum sit tales deos credi, quales homines esse non debeant?

Etymol. VIII. 11 36: Et ideo non figurae istae sunt, sed plane de veritate scelera. Unde[5]) turpe erat tales deos credi, quales homines esse non debeant[6]).

[5]) *Unde et.* — [6]) *debent.*

Quae medio loco leguntur verba sumpta sunt et ex Augustino de civ. dei XVIII. 13: „Porro autem quicumque finxerunt a Iove ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganymedem, quod nefas rex Tantalus fecit, et Iovi fabula tribuit vel Danaes per imbrem aureum appetisse concubitum, ubi intelligitur pudicitia mulieris auro fuisse corrupta“ et ex Eusebii-Hieronymi chronico: Europa a Cretensibus rapta est navi, cuius fuit insigne taurus.

Repeto quam cur. Tertull. pag. 79. 80 ex hoc Isidoreo et ex Apologetici cap. 21 loco gemello proposui coniecturam, ut post vocabula *aquilam qui rapuit* inseratur *serpentem qui reptavit.* Quae altero in Etymologiis loco inveniuntur verba *sed plane de veritate scelera* cum, si minus verba, at certe sententiam Tertulliani reddant, non iam dubium esse potest quin Oehlerus non bene expleverit verba in codice exstincta.

ad nat. II. 17 (pag. 133 R.):

Regnum universae nationes [suis quaeque te]mporibus habuerunt, ut Assyrii, ut Medi, ut Persae, ut Aegyp-[tii; est et adh]uc penes quosdam, et tamen qui amiserunt, non sine religionibus et cultu et depropitiorum deorum mora[bantur, donec postremo Romanis] cessit universa paene dominatio. Sors temporum ita volut[avit regna].

Etymol. IX. 3. 2:

Regnum universae nationes suis quaeque temporibus[1]) habuerunt, ut Assyrii, Medi, Persae, Aegyptii, Graeci, quorum vices sors temporum ita volutavit, ut alterum ab altero solveretur.

Gu. r.: [1]) *suis quisque temporibus.*

Fuit, cum ex Isidori loco eum, quem adscripsi, locum Tertullianeum restitui posse putarem (curae Tertull. III. pag. 80), ut in ultimo loco vacuo *vices* pro *regna* scriberetur, in qua re paene assentitur Hartelius (stud. patrist. II. pag. 83 adnot. 2), et ut post Persas insereretur *ut Graeci,* de qua re V. Cl. dissentit. In Apologetico cap. 26 enim Graecos deesse, apud Minuc. Fel. 25 *(diu regna tenuerunt Assyrii, Medi, Persae, Graeci etiam et Aegyptii)* Graecos minoris momenti gentem denotari, idem cadere in Cyprianum (quod idola dii non sint cap. 5: *imperium ante tenuerunt Syri et Persae; et Graecos et Aegyptios regnarisse cognovimus).* Sed saepe, ut ipse me recte monuit in stud. patrist. II., in singulis partibus dissentiunt loci, qui ex libris ad nationes transferuntur a Tertulliano in Apologeticum et Alexandri Magni imperium ingens (sic enim Graecos intelligendos esse constat) contemptius habitum esse quam Assyriorum, Medorum, Persarum e Cypriani verbis concludi debere, id quod Hartelius existimavit, numquam adduci potero ut credam. Quantum enim Romani Alexandrum illum admirati sint, non unum Livii de eius virtute et rebus gestis iudicium docet. Ne communem illum quidem nescio quem auctorem, quo eis de quibus agitur locis et Minucius et Tertullianus usi sunt, aliter sensisse mihi persuadere possum. Quae cum ita sint, non minuendi, sed addendi et exaequandi vi voculam *etiam* apud Minucium esse existimo et quam de restituendo loco Tertullianeo tuli sententiam iterum virorum doctorum iudiciis committo.

De virg. vel. 5 (pag. 890 Oehl.):

Omnibus animalibus Adam nomina imposuit et nemini ex futura condicione, sed ex praesenti institutione, cui condicio quaecunque serviret, hoc appellata quod a primordio voluit.

Etymol. XII. 1. 1:

Omnibus animantibus Adam primus vocabula[1]) indidit, appellans unicuique nomen ex praesenti institutione[2]) iuxta condicionem naturae, cui serviret.[2])

Gu. r.: [1]) *primum vocabolum* — [2]) Verba *ex praesenti institutione* et *cui serviret* a librario, ut solet in fine codicis rem neglegentius agere, pessime omissa sunt.

Scorpiace 1 (pag. 144 R.):

Magnum de modico malum scorpio terra suppurat. Tot venena quot et (addidit *et* Ciacconius) genera[1]), tot pernicies quot et species, tot dolores [qu]ot et colores.

[1]) Male igitur ex peioribus codicibus Gangneius et Pamelius *ingenia.*

Etymol. XII. 4. 3:

Serpens autem nomen accepit, quia[1]) occultis accessibus serpit: non enim[2]) apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus repit. — Quorum tot venena quot[3]) genera, tot pernicies quot[3]) species, tot dolores quot[3]) colores habentur.

Gu. r.: [1]) *accipit quod* — [2]) deest *enim* — [3]) *quod.*

Dubitavit Isidorus, utrum scorpiones in serpentium an in vermium numero referret, atque hoc quidem loco quae Tertullianus de illis dixerat, ad serpentes refert. Infra (XII. 5. 4) vermibus potius adscribendos putat: *Scorpio vermis terrenus, qui potius vermibus adscribitur, quam* (Gu. r.: *non) serpentibus.* Denique XII. 5. 19 legitur: *Vermis non ut serpens apertis passibus vel squamarum nisibus repit, quia non est* (deest vocula in Gu. r.) *illi spinae rigor, ut colubro* (Gu. r.: *colubri). sed in* (deest vocula *in* apud Gu. r.) *directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motum explicat* (Gu. r.: *implicat) sicque agitatus perlabitur.* Is locus videlicet transponendis vocabulis ex Etymol. XII. 4. 3 emendandus erit: *Vermis non apertis passibus vel ut serpens squamarum nisibus repit.*

ad. nat. II. 3 (pag. 99 R.):

Et tamen unde animalia Varroni videntur elementa? Quoniam [elementa mo]ventur. Ac ne ex diverso proponatur, multa alia mover[i, ut rotas], ut plaustra, ut machinas ceteras, ultro praevenit dicens eo animalia credita, quod per semetipsa moverentur, nullo extrinsecus apparente motatore eorum aut incitatore, sicuti apparet, qui rotam compellit et plaustra volvit et machinam temperat.

Etymol. XIII. 1. 2.

Unde et animalia Varroni videntur elementa? „Quoniam per semetipsa“, inquit, „moventur.“

Apol. 17 (pag. 182 Oehl.):

Quod colimus, deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum verbo quo iussit.

Graeci vero de ornamento nomen mundo accommodaverunt propter diversitatem elementorum et pulchritudinem siderum.

Gu. r.: *de ornatu.*

ratione qua disposuit, virtute qua potuit, de nihilo expressit in ornamentum maiestatis suae, unde et Graeci nomen mundo *κόσμον* accommodaverunt.

Appellatur enim apud eos *κόσμος*, quod significat ornamentum. Nihil enim mundo pulchrius oculis carnis aspicimus.

Olim cur. Tertull. pag. 74 *elementa per semetipsa moventur* in prima lacuna explendum esse conieceram; meliora me docuit Hartelius in stud. patrist. III. pag. 13. 41: ex duabus apud Tertullianum sententiis sua conflavit Isidorus.

Apol. 25 (pag. 224 Oehl.):

Ni fallor enim, omne regnum vel imperium bellis quaeritur et victoriis propagatur.

Etymol. XVIII. 2. 1:

Omne regnum saeculi huius bellis quaeritur, victoriis propagatur[1].

Gu. r.: [1]) *comparatur.*

Scorpiace 1 (pag. 144 R.):

Id spiculum et fistula est [patula te]nuitate et virus, qua figit, in vulnus effundit.

Etymol. XVIII. 8. 3:

Scorpio est sagitta venenata[1]) arcu vel tormentis excussa. Quae dum ad hominem venerit, virus, quo figit, infundit; unde et scorpio nomen accepit.[2])

Gu. r.: [1]) *venenata tormenti excie*[ns] *quo figit infundit.* Videtur versum eius quem exscripsit libri omisisse librarius. — [2]) *accipit.*

De spect. 14 (pag. 16 R.):

Opinor, generaliter nominatae concupiscenti[ae continent] in se et voluptates, aeque generaliter intellectae voluptates specialiter et in spectacula disseruntur.

Etymol. XVIII. 16. 1:

Spectacula, ut opinor, generaliter nominantur voluptates, quae non per semetipsa inquinant, sed per ea, quae illic geruntur.

De spect. 15 (pag. 16 R.):

Ceterum rettulimus supra de locorum condicione, quod [non] per semetipsa nos inquinent, sed per ea, quae illic geruntur.

De spect. 5 (pag. 6 et 7 R.):

[Ab his] ludorum origo sic traditur: Lydos ex Asia trans[venas in Etru]ria consedisse Timaeus refert duce Tyrreno, qui fra[tri suo cesserat] regni contentione. Igitur in Etruria inter ceteros [ritus supers]titionum suarum spectacula quoque religionis nomine [instituunt. In]de Romani arcessitos artifices mutuantur, tem[pus, enuntiatio]nem, ut ludii (sic Reifferscheidius, sed Isidorus recte: ludi, cod. Agob.: *ludydis*) a Lydis vocarentur. Sed etsi Varro lu[dios (sic Reifferscheidius recte, Isidorus: *ludos*) a ludo, id est a] lusu interpretatur, sicut et Lupercos ludios appel[labant, quod lude]ndo discurrant, tamen eum lusum iuvenum et die[bus festis et tem]plis et religionibus reputat.

Nihil iam de caussa [vocabuli, cum] rei caussa idololatria sit. Nam et cum promiscue [ludi Liberali]a vocarentur, honorem Liberi patris manifeste [sonabant.]

(Sequuntur octo versus.)

Facit enim et hoc ad ori[ginis mac]ulam, ne bonum existimes, quod initium a malo accepit.

Etymol. XVIII. 16. 2:

Ludorum origo sic traditur: Lydios (sic!) ex Asia transvectos in Hetruria consederunt[1]) (sic!) duce Tyrrheno[2]), qui fratri suo cesserat regnum[3]) contentione. Igitur in Hetruria inter ceteros ritus superstitionum suarum spectacula quoque religionis nomine intulerunt[4]). Inde Romani accersitos artifices mutuati sunt[5]), et inde ludi[6]) vocati sunt. Varro autem dicit ludos a luso (scribe: *lusu*) vocatos, quod iuvenes per dies festos solebant ludi exultatione populum delectare. Unde et eum lusum iuvenum et diebus festis et templis[7]) et religionibus reputant. **Etymol. XVIII. 16. 3:** Nihil est iam[8]) de causa vocabuli, dum rei causa idololatria sit. Unde et promiscue ludi Liberalia vocabantur ob honorem Liberi patris.

Ob hoc despicienda[9]) est originis macula, ne bonum aestimes, quod initium a malo accepit[10]).

Gu. r.: [1]) *Lydios ex Asia transueasse in Etruria consedisse* — [2]) *tyrrino* — [3]) *regnum* ultimum est versus vocabulum, relictum est aliquid vacui spatii, sequens versus incipit a vocabulo *Contentione* — [4]) *instituerunt* = vulg. et Tertull. — [5]) Verba: *Inde Romanos accersitos artifices mutuati sunt* desunt ex eodem, quo solet librarius errore cf. adnot. ad Etymol. VI. 19. 66. — [6]) *ludi a lidis* = Tertull. — [7]) *festis templis* — [8]) *Nihil iam,* deest *est* = Tertull. — [9]) *dispicienda* — [10]) *in initio ad malum incipit.*

Transveasse pro *transmeasse* in Gu. r. scriptum esse diu putaveram: abieci sententiam, quod pergendum erat *et* in Etruria consedisse. Iam cum Tertulliano *transvenas* scribendum esse existimo. Codex Z(ittaviensis) interpolavit: *transvenisse*, vulgata: *transeuntes*. — Solet Isidorus, ut hoc loco, in quo apud Tertullianum est *Timaeus refert*, auctorum nomina omittere, de qua re cf. parergon 1. Ceterum cum Arevalo e Tertulliano dubito an restituendum sit Isidoro *regni contentione* vel potius, quod lacuna in codice relicta suadere videtur, *regnum missa* (relicta, abiecta) *contentione*.

In XVIII. 16. 3 recte Gu. r. *dispicienda*: nam si maculas alicuius rei despicias, ne male de eius natura existimes, admonendus non eris; contra si, unde nata sit, diligenter dispexeris, periculum esse non poterit, ne male aestimes. Scripserat Arevalus: *respicienda*.

De spect. 9 (pag. 10/11 R.)

N[unc d]e artificio, quo circenses exhibentur. Res equestris retro simplex: de dorso agebatur, et utique commu[nis usus] reus non erat. Sed cum ad ludos coactus est, transiit a [dei mune]re ad daemoniorum officia.

Etymol. XVIII. 27. 1:

Ludi Circenses sacrorum causa ac daemoniorum gentilium[1]) celebrationibus instituti sunt. Unde et qui eos spectant, daemoniorum[2]) cultibus inservire videntur. Nam res equestris antea simplex agebatur, et utique com-

Gu. r. XVIII. 27. 1. et 2: [1]) *causa equorum gentilium.* — [2]) *inspectant daemonum.* —

Itaque Castori et Polluci [deputatur] haec species, quibus equos a Mercurio distributos [Stesichorus] docet. Sed et Neptunus equestris est, quem Graeci *ἵππιον* appellant.

Seingas vero Iovi, quadrigas Soli, bigas Lunae sanxerunt.

Sed et

Primus Erichthonius [currus et]
quattuor ausus
Iungere equos rapidusque rotis
[insistere] victor.

Erichthonius, Minervae et Vulcani filius, et quide[m de cadu]ca in terram libidine, portentum est daemonicum, immo dia[bolus] ipse, non coluber. Si vero Trochilus Argivus a[uctor est] currus, primae Iunoni id opus suum dedicavit. Si Ro[mae Romu-]lus quadrigam primus ostendit, puto, et ipse int[er idola cons]criptus est, si idem est Quirinus. Talibus auctori[bus quadrigae] productae merito et aurigas coloribus idolola[triae vestierunt]. Namque initio duo soli fuerunt, albus et russeu[s. Albus hi]emi ob nives candidas, russeus aestati ob solis ruborem [voti erant.] Sed postea tam voluptate quam

munis usus reatus non erat, sed cum ad ludos coactus est, naturalis usus ad daemoniorum cultum translatus est. **Etymol. XVIII. 27. 2**: Itaque Castori et Polluci deputantur hae species[3]), quibus equos a Mercurio distributos historiae docent[4]), sed et Neptunus equestris ludi[5]) est (Arevalus: *equestris est)*, quem Graeci appellant *ἱππικόν*[6]). **Etymol. XVIII. 36. 1**: Quadrigae et bigae et trigae[1]) et seiugae a numero equorum et iugo dictae. Ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunae, trigas inferis[2]), seiugas Iovi, desultores Lucifero et Hespero sacraverunt. **Etymol. XVIII. 34. 1. et 2**: Erichthonius[1]) autem, qui regnavit Athenis, primus quattuor equos iunxisse fertur, sicut Virgilius auctor est, dicens:

Primus Erichthonius[1]) currus et
quattuor ausus
Iungere equos rapidusque[2]) rotis
insistere victor.

Fuit autem Minervae et Vulcani filius de caduca in terram libidine[3]), ut fabulae ferunt, procreatus, portentum daemonicum, immo diabolus.

qui primus[4]) Iunoni currum dedicavit.

Tali auctore quadrigae productae sunt. **Etymol. XVIII. 33**: Aurigae autem duobus coloribus sunt, quibus speciem idololatriae vestiunt.

Gu. r. XVIII. 27. 1. et 2.: [3]) *haec species*, de qua pluralis forma apud Isidorum vulgari cf. adnot. ad VI. 19. 61. — [4]) *historiae dicunt.* — [5]) *ludes.* — [6]) *ippon* (i. e. *ἵππιον*) *appellant* cf. Kueblerum l. l. pag. 521.

Gu. r. XVIII. 36. 1: [1]) Verba *et trigae* desunt. — [2]) *biras lunae, bigas* ***dis*** *inferis*, ut XVIII. 36. 2 est in codice: *tricas* ***dis*** *inferis*. Kueblerus erravit l. l. pag. 524.

Gu. r. XVIII. 34. 1. et 2: [1]) *erectonius.* — [2]) *rapidosque.* — [3]) *in terra liuidinem* — [4]) *primum* recte, cf. Kueblerum l. l. pag. 524.

superstitione provecta r[usseum] alii Marti, alii album Zephyris consecraverunt, prasinum ve[ro] Terrae matri vel verno, venetum Caelo et Mari vel autumno. Cum autem omnis species idolola[triae dam]nata sit a deo, utique etiam illa damnatur, quae elemen[tis mun]dialibus profanatur.

Etymol. XVIII. 33: Nam prasinus Terrae, venetus Coelo et Mari a paganis dedicatus est[1]). **Etymol. XVIII. 41. 3**: Sicque, dum hac spectatione[1]) deorum cultibus atque elementis mundialibus aliquibus[2]) profanantur, eosdem deos atque eadem elementa procul dubio colere noscuntur.

De spect. 8 (pag. 10 R.):

Animad[vert]e, Christiane, quot nomina inmunda possederint circum. Alie[na] est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupaverunt.

(Sequuntur octo versus.)

Totum saeculum satanas et angeli ei[us re]pleverunt.

Unde et animadvertere debes[3]), Christiane, quod (scribe: *quot*, ut XII. 4. 3) circum numina[4]) immunda possideant. Quapropter alienus tibi[5]) erit locus, quem plurimi sathanae spiritus occupaverunt. Totum enim illum diabolus et angeli eius repleverunt.

Gu. r. XVIII. 33: [1]) *dicatus est.*

Gu. r. XVIII. 41. 3: [1]) *exspectatione.* — [2]) *mundialibus profanantur* = Tertull. — [3]) *Unde animadverti debes.* — [4]) *nomina* = Tertull. — [5]) *erit tibi* = Tertull.

Recte quidem cum pater meus ex Isidoro XVIII. 36. 1 verba in codice Agobardino deleta (cap. 9 pag. 11. 3 R.) explere coepisset, Kueblerus, qui l. l. p. 521 ex Etymol. XVIII. 27. 1 *reatus* (pro *reus*) Tertulliano reddidisse dicendus est, rem absolvit. Itaque iam legendum est de spect. 9: *Seiugas vero Iovi, quadrigas Soli, trigas dis inferis, bigas Lunae sanxerunt.*

Praeterea in eodem codice Gu. r. XVIII. 41. 3 et in cod. Agob.: *elementis mundialibus.* Quod in ceteris codd. est *mundialibus aliquibus*, dittographiae tribuendum est. Vereor tamen, ut in primis vocabulis cap. 9 apud Tertullianum lacuna recte expleta sit *dei munere*: rem initio naturalem postea ad prava negotia transiisse queritur, ut ex Isidoro *a (naturali) re* restituendum esse existimem.

De spect. 8 (pag. 9 R.):

Ut et de locis secundum propositum exequar, [cir]cus Soli principaliter consecratur. Cuius aedis (sic recte Kueblerus l. l. pag. 523) medio spa[ti]o et effigies de fastigio aedis emicat, quod non putaverunt sub [tect]o consecrandum, quem in aperto habent. Qui spectaculum pri[mum] a Circa [habent], Soli patri suo, ut volunt, editum affirmant, ab ea et circi appellationem argumentantur. Plane ve-

Etymol. XVIII. 28. 1 et 2:

Circus Soli principaliter consecratus est a paganis, cuius aedes[1]) in medio[1]) spacio et effigies de fastigio aedis emicat, quod non putaverunt sub tecto consecrandum, quem in aperto habent[2]). Est autem circus omne illud spacium, quod circuire equi solent. Hunc Romani dictum putant a circuitu equorum, eo quod ibi circum metas equi

Gu. r. XVIII. 28. 1 et 2: [1]) *cuius decus* — *medio* = Tertull. — [2]) *quod nonnulli putaverunt sub tecto consecrando, quoniam in aperto abent.* —

nefica eis [u]tique negotium gessit hoc nomine, quorum sacerdos erat, daemonii[s] et angelis scilicet. Quot igitur in habitu loci illius idolol[at]rias recognoscis?

Singula ornamenta circi singula [tem]pla sunt. Ova honori Castorum adscribunt, qui illos ovo [edi]tos credendo de cygno Iove non erubescunt.

currant. Graeci vero a Circe, Solis filia[3]), quae patri suo hoc genus certaminis instituit, asserunt nuncupatum et ab ea circi appellationem argumentantur. Fuit autem maga et venefica et sacerdos daemonum, in cuius habitu et opere magicae artes et cultus idololatriae recognoscitur[4]). **Etymol. XVIII. 29. 1**: Ornamenta circi ova, meta (cap. 30), obeliscus (cap. 31), carcer (cap. 32). Ova honori Castoris et Pollucis[1]) ascribunt, qui illos ovo editos credendo de cygno Iove non erubescunt[2]).

Gu. r. XVIII. 28. 1 et 2: [3]) *circie soli filia* — [4]) *in cuius habitu* deest *et) opera magicae artis et cultus idolatriae recognoscitur.* cf. Kueblerum l. l. pag. 522 523.

Gu. r. XVIII. 29. 1: *Pollicis et Castoris* — [2]) *e Iove non eruvescunt.* —

De loco Tertullianeo: *qui spectaculum primum a Circa habent* (sic in omnibus libris excusis est) *Soli patri suo, ut volunt, editum affirmant* Hartelius stud. patrist. I. pag. 16/17 ita disseruit, ut *habent* illud tueretur. In qua re errat, cum Isidorum quoque consentire dicit *("auch Isidorus las in seiner Handschrift: habent").* Immo deest in omnibus libris Isidoreis, (cf. var. lect. ad Etymol. apud Mignium pag. 840), in quibus id est, quod supra exscripsi, a Circe et circum et ludos circenses esse appellatos. Quod praeterea ad tuendam quam fert sententiam ad ipsum Tertullianum provocat, vereor, ne loci ex eo allati ad eam rem nihil faciant: plane enim aliud quoddam hoc loco spectatur, aliud illis. Est enim in cod. Agob.: *qui spectaculum primum a Circa habent* (id est secundum Hartelium *acceptum habent) — affirmant.* At non primum spectaculum, sed spectacula saltem, neque hi affirmant (acceperant omnes posteri), sed ii, qui spectacula a Circe sive inventa sive appellata esse statuebant aut statuerant. Igitur tam delendum puto vocabulum *habent*, id quod ut fieret iam suaserant Iunius et Kueblerus l. l. pag. 523 (ad proxima enim verba *in aperto habent* librarii oculi aberraverant) quam verba *ut volunt*, quae et apud Isidorum et in codice Agob. desunt: primus inseruit Gangneius, de cuius viri mala fide cognita etiam supra de baptismo 6 (cf. pag. 12), de baptismo 4 (cf. pag. 12), scorpiace 1 (cf. pag. 25) audiendi sunt pater meus in edit. libri de spect. pag. 1/2 et Hartelius stud. patrist. I. pag. 4. — „*Maga*" et „*opera magicae artis*", ut restituendum esse apparet ex Gu. r., intulit Isidorus respiciens VIII. 9. 5 et XI. 4. 1: *Fertur et famosissima quaedam maga Circe, quae socios Ulixis mutarit in bestias.* Pronomen relativum *cuius* nisi ad Circen referri non poterit: quae enim Tertullianus de habitu *loci* dixit, ab Isidoro ad ipsam Circen nescio quo pacto translata sunt, ut cum Arevalo *cuius loci* ex Tertulliano emendandum esse negem.

De spect. 10. (pag. 12 R.):

Et est plane in artibus quoque scaenicis Liberi et Veneris patrocinium. Quae privata et propria

Etymol. XVIII. 51:

Est plane in artibus scenicis[1]) Liberi et Veneris patrocinium, quae privata et pro-

Gu. r.: [1]) *Est autem in artibus spectaculi* —

sunt scae[nae, de ges]tu et corporis flexu mollitiae Veneris et Lib[eri immo]lant, illi per sexum, illi per luxum dissolutis. Quae vero voce et mo[dis et org]anis et litteris transiguntur, Apollines et Mu[sas et Mi]nervas et Mercurios mancipes habent. Oderi[s], Christiane, quorum auctores non potes non odisse.

pria sunt, scenae de gestu et corporis flexu[2]). Nam mollitiam Libero et Veneri immolabant, illi per sexum, illi per luxum dissoluti[3]). Quae[4]) vero ibi vocibus et modis et organis et lyris transiguntur, Apollines et Musas et Minervas[5]) et Mercurios[6]) patronos habent. Quod spectaculum, Christiane, odire[7]) debes, quorum[8]), odisti auctores.

Gu. r.: [2]) *et de corporis fluxu* — [3]) *per fluxum dissoluti* — [4]) *Qui* — [5]) *et Minervas* deest — [6]) *Mercurium* — [7]) *odere* — [8]) recte *cuius.* cf. Kueblerum l. l. pag. 525.

Quod abstinuit Isidorus *litteris* Tertullianeis, scripsit *lyris*, ne ipse secum pugnaret, consulto fecisse videtur, nam non litterarum, sed lyrae inventorem Mercurium dixerat. Cf. adnot. ad III. 21. 6. Recte Kueblerus l. l. pag. 526 et in Herme XXVI. pag. 479/80 *corporis fluxu**) et *per fluxum* cum cod. Agobard. et Gu. r. apud utrumque scriptorem restituendum et ex hoc illi *dissoluti* reddendum esse docuit. Utinam tamen ne verbum immolandi (pag. 480) impugnasset neve maluisset scribi: *mollitiae Veneris et Liberi aemulant!* Quamvis enim non pauca exempla adsint mutati a Tertulliano generis verbi, quod *aemulari* cum dativo casu coniunctum voluit, huic quidem scriptori parcere debebat. Accusativum enim ab eo verbo pendere voluit Tertullianus, quod hi loci persuadebunt: Apol. 22 pag. 209 Oehl.: *(daemones) aemulantur divinitatem,* de praescr. haer. 30 pag. 29 Oehl. *(haeretici) apostolos aemulantur.* 34 pag. 32: *deum voluit aemulari.* 38 pag. 36: *(interpolatio) neque prior neque domestica unquam est eius quod aemulatur.* de spect. 11 pag. 14 R.: *circum aemulantur.* de baptismo 5 pag. 205 R.: *diaboli res dei aemulantis,* de corona 14 pag. 455 Oehl.: *Christi coronam aemuleris,* de pudic. 22 pag. 846 Oehl.: *qui illum aemuleris,* adv. Marc. II. 29 pag. 120 Oehl.: *cum Antitheses singulas species creatoris aemulatum demonstrant.* Uno loco de patient. 16 pag. 614 Oehl.: *ut in isto quoque domino aemularetur* scriptum est, suspecto illo, quod a perpetuo scriptoris usu abhorret, sive quod peioribus codicibus nititur, sive quod *domino* a scriptore illi quod praecedit *in isto* adsimilatum est.

*) Loco, quem Kueblerus ex libro de pallio 4 attulit, addendus est de cultu fem. II. 13 pag. 733 Oehl.: *discutiendae sunt enim deliciae, quarum mollitia et fluxu fidei virtus effeminari potest.*

Apol. 38 (pag. 253 Oehl.):

Nihil est nobis dictu, visu, auditu cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum xysti vanitate.

Etymol. XVIII. 59:

Proinde nihil debet esse[1]) Christiano cum circensi insania, cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenae, cum luxuria ludi.

Gu. r.: [1]) *nihili esse debet.*

Xystum in Etymologiarum libris frustra quaeras, atque habebat sane Isidorus, quod eo vocabulo non uteretur. Graecorum enim est et nomen illud et locus, quo athletae corpora exercebant, idque in gymnasiis, ubi Tertullianus eos post mortem ante Christi tribunal non futu-

ros esse minatur (de spect. 30 pag. 29 R. cf. etiam de pallio 4 pag. 933 Oehl.). Carthagine quidem eius aetate xysta fuisse patet, de Hispali dubito, ut consulto Isidorus eo vocabulo abstinuisse videatur; fortasse ne ipse quidem noverat. Quo fieri potuit, ut totius generis nomine ludorum uti satius duceret. Multa enim confudit in exscribendo Tertulliano; qui cum ludorum genera, circenses, scaenicos, gladiatorios, athleticos componere soleat (cf. etiam de spect. 22 pag. 22 R.: *quadrigarios, scaenicos, xysticos, arenarios*, 30 pag. 29: *tragoedos, histriones, aurigas, xysticos*, de pudic. 7 pag. 805 Oehl.: *Perit igitur et fidelis elapsus in spectaculum quadrigarii furoris et gladiatorii cruoris et scaenicae foeditatis et xysticae vanitatis)*. Isidorus, quasi in amphitheatro et in arena diversa ludorum genera ederentur, addidit de suo *cum amphitheatri crudelitate* et pro xysto incerto et vago nescio cuius ludi nomine usus est.

Apol. 48 (pag. 295 Oehl.):

Noverunt et philosophi diversitatem arcani et publici ignis. Ita longe alius est, qui usui humano, alius, qui indicio dei apparet, sive de caelo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructans.

Etymol. XIX. 6. 2:

Habet quoque et aliam in se diversitatem ignis. Nam alius est, qui usui humano, alius, qui in indicio paret[1]) divino, sive qui de coelo fulmen astringit, sive qui de terra per vertices montium ernctat.[2])

Gu. r.: [1]) *appacebit* = Tertull. — [2]) *eructuat*. —

Restitue ex Tertulliano cum Gu. r. apud Isidorum: *alius, qui in indicio apparet* (sive *apparebit) divino*.

De virg. vel. 10 (pag. 897 Oehl.):

Debebunt etiam (male Oehlerus: *enim*) et ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut strophulos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Brittonum.

Etymol. XIX. 23. 7:

Nonnullae etiam gentes non solum in vestibus, sed etiam in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vindicant, ut videmus cirros[1]) Germanorum, granos et cinnabar Gothorum,[2]) stigmata Brittonum.

Gu. r.: [1]) *cicci*. — [2]) *gouitorum*.

De virg. vel. 7 (pag. 894 Oehl.):

Si autem et naturae praeiudicium adicit apostolus, quod honor sit mulieris redundantia capillorum, quia coma pro operimento est, utique hoc maxime virgini insigne est, quarum[1]) et ornatus ipse proprie sic est, ut concumulata[2]) in verticem ipsam capitis arcem ambitu crinium contegat.

[1]) *quare* A. B. C, sed recte Luxemburgensis cum Isidoro *quarum*. — [2]) male, ut apparet ex Isidoro, Rigaltius: *cumulata* cf. Harteli stud. patrist. III. 9.

Etymol. XIX. 23. 8:

Habet et sexus institutam speciem habitus[1]), ut in viris tonsi capilli, in mulieribus redundantia crinium, quod maxime virginibus est insigne[2]), quarum et ornatus ipse proprie sic est, ut concumulatus in verticem ipsam capitis sui arcem ambitu (male Arevalus de suo: *ambitus)* crinium contegat.

Gu. r.: [1]) *abitus* — [2]) *insigne est* = Tertull.

Apol. 6 (pag. 135 Oehl.):

At nunc in feminis prae auro nullum leve est membrum.

Etymol. XIX. 32. 4:

At nunc prae auro nullum feminis leve est atque immune membrum.

Parergon 1.

Mirum profecto videri debet, quod non paucis locis Isidorus accusativis cum infinitivo ita utitur, ut quo pertineant non adsit. Sunt enim fere hi ex codice Gu. r. recensiti:

Etymol. III. 49. 1: *Solem per se ipsum moveri, non cum mundo verti*. Ita etiam codices gothici Toletani. Codex Z(ittaviensis): *cum mundo multi*, Arevalus: *verti dicunt*. Descripta sunt verba e libro de nat. rer. 17: *Dicunt antiqui Aratus et Hyginus solem per se ipsum moveri, non cum mundo verti.*

Etymol. XIII. 14. 3: *Maris autem certum non* (male om. Gu. r. *non*) *esse colorem, sed pro qualitate ventorum mutari*. Exscripsit fere Servium ad Aen. V. 2 „fluctusque atros aquilone secabat": *Atros autem secundum Plinium dicit, qui ait in naturali historia non esse maris certum colorem, sed pro qualitate ventorum mutari.*

Etymol. XVI. 8. 7 de sucino, quem Graeci appellant ἤλεκτρον: *Vocari autem a quibusdam harpaga, eo quod attrita digitorum accepta caloris anima folia paleasque et vestium fimbrias rapiat, sicut magnes ferrum*. Sumpta sunt e Plinii nat. hist. XXXVII. 36. 37: *Nicias voluit — in Syria quoque feminas verticillos inde facere et vocari harpaga, quia folia paleasque et vestium fimbrias rapiat* et 48: *Ceterum attritu digitorum accepta caloris anima trahunt in se paleas et folia arida et philyras, ut magnes lapis ferrum.*

Etymol. XVI. 13. 4: *Chalazias* (Gu. r.: *galatia) grandinum et candorem et figuram* (Gu. r.: *frigora) adamantina duritia* (Gu. r.: *adamantina duritiae) habet. Etiam in igne* (Gu. r.: *igni) posita* (Gu. r.: *positas) manere suum frigus*. Vulgata et Arevalus: *manet*, alii: *manere frigus perhibetur*. Haec quoque debentur Plinii nat. hist. XXXVII. 189: *Chalazias grandinum et candorem et figuram habet adamantinae duritiae* (ita scribendum apud Isidorum), *ut narrent in ignis etiam additae* (scribe apud Isidorum: *positae) manere suum frigus.*

Itaque retinenda sunt Etymol. XVIII. 16. 2 verba *Lydios consedisse;* nam, uti supra, omissa sunt verba, ex quibus pendet accusativus cum infinitivo, i. e. *Timaeus refert*. Arevalus: *Lydii consederunt.*

Eiusdem compendii sunt, quamquam unde sumpti sint non iam patet, hi loci:

I. 3. 8: *Quinque autem esse apud Graecos mysticas litteras*. Z.: *esse volunt apud Graecos.*

VI. 2. 48: *Actuum apostolorum Lucam scriptorem esse evangelistam*. Vulgata addit: *affirmant*, alii: *constabat*, alii: *novimus.*

IX. 3. 22: *In bello autem melius ducem nominari quam regem*. Vulgata addit: *convenit.*

XI. 1. 24: *Unicuique autem sensui propriam naturam datam*. Vulgata et Arevalus: ***propria natura data** est.*

XI. 1. 109: *Denique complicatum gigni formarique hominem*. Vulgata addit: *dicunt.*

XI. 1. 142: *Post plurimos autem dies menstruos ideo non esse semen* (Gu. r.: *semen non esse) germinabile* (Gu. r. et cod. Gothici omnes recte: *generabile)* et *hinc et steriles mares vel feminas fieri.* Vulgata et Arevalus: *semen non est:* vulgata: *feminas dicunt fieri, dicunt* uncis inclusit Arevalus.

XII. 1. 32: *Vitulam autem* (Gu. r.: *ergo) parvam esse et nondum enixam.* Vulgata et Arevalus: *vitula parva est* et *enixa.*

XIII. 1. 3: *Quattuor autem esse climata.* Vulg. addit: *constat,* quod uncis inclusit Arevalus.

XIII. 7. 1: *Nam aerem densum nubem esse, nubem rarefactam et solutam aerem.* Vulg.: *constat.*

XIII. 8. 2: *Cum tonitruo autem simul et fulgura exprimi.* Male vulg.: *exprimit.*

XIII. 9. 2: *Ex* (Gu. r.: *in) vento autem et igne* (Gu. r.: *igni) fulmina in nubibus fieri et impulsu ventorum emitti.* Vulg.: *certum est,* quod uncis inclusit Arev. *Ideo autem fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrandum.*

XV. 2. 6: *Oppidum autem magnitudine et moenibus discrepare a vico et castello et pago.* Vulg. et Arev.: *discrepat.*

XV. 2. 25: *Has* (i. e. cloacas, Gu. r.: *nam) primum Romae fecisse Tarquinium Priscum.* Vulg. et Arev. addunt: *dicunt.*

XV. 13. 17: *Prata autem esse, quae secari possunt.* Gu. 1: *esse dicuntur.* vulg. et Arev.: *sunt.*

XX. 2. 37: *Favum vocari.* Vulg. et Arev.: *Favus vocatur.*

XX. 16. 3: *Habenas ab habendo dictas.* Vulg. et Arev.: *Habenae dictae.*

Nimium multos esse locos apparet quam qui aliquid addi patiantur, immo ab Isidoro omissis quibusdam verbis, quae erant in auctore expilando, ad Etymologiarum usum contracti aut mutilati, ut postea diligentius componerentur, a Braulione inemendati emissi sunt (cf. pag. 4.).

Parergon 2.

Arevalus cum legem, quam sibi constituerat, secutus verborum varietates, quibus Tertullianus et Isidorus de eadem re agentes discrepant, ita expedire solet*), ut hunc ex illo quasi reformet, tum ipsius Isidori immemor, qui certos auctores et suos et ab auctoribus ipsis nominatos fere tacere vel generalibus et incertis verbis circuire maluit, sive quod incognita sibi nomina afferre dubitabat, sive quod in rem, quam agebat, esse putabat, etiam in Etymol. XVIII. 27. 2 nomen *Stesichori,* quod est in Tertulliano, spreta omnium Isidori codicum lectione, in hunc transtulit. Summatim egit Dresselius l. l. pag. 50 de uno eius generis loco

*) Cum enim in omnibus codicibus VII. 14. 1 scriptum inveniatur *Christianum de unctione dici,* quo fere verbo Isidorus in eiusmodi re utitur, Arevalus e Tertulliano: *de unctione deducitur* substituit: item VIII. 5. 36, ne qua alter scriptor ab alterius verbis recederet, contra codicum Isidoreorum magnum consensum ex Tertulliano de praescr. haeret. cap. 33 scribi maluit, adversus Ebionitas apostolum ad Galatas scribentem *invehi* (cf. pag. 19); XVIII. 27. 2. ex eodem Tertulliano (de spect. 9) deletis verbis *ludi est* Isidoro *Neptunus equestris est* obtrudit (cf. pag. 28). Adde denique, quae de eodem Arevali vitio adnotavi ad XVIII. 28. 2 (pag. 30).

Etymol. XIV. 6. 29, ubi Isidorus ad verbum fere expilavit Hygini poeticon astronomicon II. 4, ita tamen, ut, quod in auctore Petellidis Gnosii, historiarum scriptoris testimonium affertur, huius auctoris nomine celato vulgare illud suum *historia dicit* substitueret. Eodem pertinent hi loci:

IX. 2. 87: *Umbri Italiae gens, sed Gallorum veterum propago, qui Apenninum montem incolunt, de quibus historiae perhibent, quod* (Gu. r.: *eo quod) tempore aquosae cladis imbribus superfuerint et ob hoc* Ὀμβρίους (Gu. r.: *umbrios) graece nominatos.* Auctorem secutus est Solinum 2. 11. Mommsen: *Gallorum veterum propaginem Umbros esse M. Antonius refert: hos eosdem, quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerint, Umbrios graece nominatos.* Geminus Isidori locus est XIV. 4. 21: *Umbriam autem* (Gu. r.: *vero) historiae narrant, eo quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerit, et ob hoc graece* (Gu. r.: *umbria) cognominata est* (deest vocula *est* in Gu. r.). Itaque cum Arevalo scribi debebit: *ob hoc graece Umbriam cognominatam.*

XV. 1. 58: *Historiis placet a Messapo Graeco* (Gu. r.: *primum) Messapiae datam originem versa* (scribe: *versam) postmodum in nomen Calabriae, quam in exordio Oenotri frater Peucetius Peucetiam nominavit* (recte Gu. r.: *nominaverat).* Praeivit idem Solinus 2. 12: *Liciniano placet a Messapo Graeco Messapiae datam originem versam postmodum in nomen Calabriae, quam in exordio Oenotri frater Peucetius Peucetiam nominaverat.*

XIV. 8. 5: *Ararat mons Armeniae, in quo arcam* (Gu. r.: *archam) historiae* (Gu. r.: *historici) post diluvium sedisse testantur. Unde et usque hodie ibidem lignorum eius videntur vestigia* = Hieronym. de situ et nominibus locorum hebraicorum, de Genesi: *Ararat, Armenia. Si quidem in montibus Ararat arca post diluvium sedisse perhibetur, et dicuntur ibidem usque hodie eius permanere vestigia* et paullo post: *Siquidem ibi cultores illarum regionum arcam primum sedisse testantur et lignorum quaedam superesse monumenta.* Omnes, qui barbaras scripsissent historias, arcae huius et diluvii recordari Hieronymus dicit, auctoritates afferens *Berosi Chaldaei, Hieronymi Aegyptii, Mnaseae.*

Postremo apud Isidorum haec scripta leguntur XIX. 1. 21: *Mioparo quasi minimus paro. Est enim scapha ex vimine facta, quae contecta crudo corio genus navigii praebet, quales* (Gu. r.: *qualibus) utuntur Germanorum piratae in Oceani litoribus vel paludibus ob agilitatem. De qualibus historia: Gens, inquit, Saxonum mioparonibus, non viribus utuntur, fugae potius quam bello parati.* Extrema eius loci verba quin ex Hegesippo, de bello Iudaico V. 15 *(Saxonia — validissimum genus hominum perhibetur et praestans ceteris, piraticis tamen myoparonibus, non viribus nititur, fugae potius quam bello paratum)* excerpta sint, dubium esse non potest, ex quo rerum scriptore Isidorum celato quidem auctoris nomine complura in suum usum convertisse constat (cf. ed. Hegesippi cur. Weber-Caesar pag. 394). Ex Aethico Istro eum sumpsisse post nupera virorum doctorum studia negandum est (cf. Teuffel, Gesch. d. röm. Lit.[5] § 497. 1 pag. 1296). Ad *historiam* solito more pro certo auctore Isidorus provocat, ita tamen, ut, cum ceteroqui illud vocabulum pro nomine eius auctoris, quem ille, quo ipse usus est, nominaverat, substituere soleat, hic, ubi ne apud Hegesippum quidem auctoris nomen apparet, historia sit pro libro, unde sua sumpsit. Quae cum ita sint, Etymol. XVIII. 27. 2 verba *historiae dicunt* servanda sunt.

Haec sunt, quae in perscrutandis Isidori Etymologiis Tertulliano reddenda repperi. Quodsi aliqua me praeterierunt, viri docti aequi bonique consulant. Equidem nec labori nec diligentiae peperci.

Jam vero, antequam huius dissertationis finem faciam, perpauca quasi epilogi loco addenda sunt. Quae supra scripsi, ut, quomodo Isidorus in utendis Tertulliani libris versatus sit, demonstrarem, non ita comparata esse apparet, ut sufficiant ad universum indicium ferendum de ratione, quam in conscribendis Etymologiis secutus sit. Hoc tamen intelligitur, Isidorum indignum esse et iis laudibus, quibus ab aequalibus elatus est, et nimiis illis criminationibus, quae postea in eum congestae sunt. Atque immodesti quidem indicii est, tantam episcopi esse doctrinam et eruditionem praedicare, ut, si quis Etymologiarum libros diligenter legerit, eum rerum divinarum humanarumque cognitione non parum satiatum inde discessurum esse affirment*). Namque Isidorus pro aetate illa neque ingenii fertilitate neque inventionis felicitate excellit atque eas virtutes ad se non pertinere in plerisque librorum suorum prooemiis ipse libere profitetur. Accedit, quod eum neque negligenter nec temerarie res ad consuendas Etymologias necessarias conquivisse inde probatur, quod acerrimas preces Braulionis urgentis, ut librum tandem absolveret et ederet, reiecit, dum morbo, quo implicatus est, coactus collectanea amico paene invitus tradidit. Itaque Etymologiae ad Braulionem missae nondum perpolitae fuerunt et Braulio in iis conficiendis fidem datam misere fefellit. Quamquam in utendis libris Tertullianeis ipse Isidorus ita versatus est, ut inde sumeret, quae ex alio quodam scriptore peti praestiterat, ea dico, quae de centonibus, de poenis lege constitutis, de diversis scorpionum generibus scripsit, alia, cum inter se connexa et apta essent, unde exscripsit, ut lemmata sua expleret. In universum tamen quid ille velit, bene intellexisse et eius verba ita reddidisse dicendus est, ut aequalibus ad intelligendum facilia et aperta essent.

Sed utut res est, recte iusteque quid in Isidoro possit laudari, quid vituperari, existimari posse nego, antequam eius libri ex optimis codicibus emendati et in singulis eorum partibus diligentissime auquisitum sit, quos auctores secutus sua concinnaverit, qui liber, doctus, Iuppiter, erit et laboriosus.

* cf. Braulionis praenotat. librorum D. Isidori: *Quod opus omnimodo philosophiae conveniens quisquis crebro meditatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumque rerum scientia merito erit. Ibi redundans diversarum artium elegantia, ubi quaecunque fere sciri debentur, restricta collegit. — Quem deus post tot defectus Hispaniae novissimis temporibus suscitans (credo ad restauranda antiquorum monumenta, ne usquequaque rusticitate veterasceremus), quasi quamdam apposuit destinam. Cui non immerito illud philosophicum a nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam hospites tui libri quasi domum reduxerunt, ut possimus aliquando, qui et ubi essemus, agnoscere. Tu aetatem patriae, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam publicamque disciplinam, tu sedium, regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti.*

Index locorum,
qui ex Tertulliani libris translati sunt in Isidori Etymologias.

	Tertullianus	Isidorus
Apologeticus	Cap. 3 =	Etymol. VII. 14. 1 (pag. 17). — VIII. 6. 6 (pag. 19).
	Cap. 6 =	Etymol. XIX. 32. 4 (pag. 32).
	Cap. 7 =	Etymol. V. 27, 26 et 27 (pag. 11).
	Cap. 9 =	Etymol. V. 27. 35 (pag. 11).
	Cap. 17 =	Etymol. XIII. 1. 2 (pag. 25).
	Cap. 18 =	Etymol. VI. 3. 5 (pag. 12).
	Cap. 25 =	Etymol. XVIII. 2. 1 (pag. 26).
	Cap. 38 =	Etymol. XVIII. 59 (pag. 31).
	Cap. 47 =	Etymol. VIII. 6. 19 et 20 (pag. 20).
	Cap. 48 =	Etymol. XIX. 6. 2 (pag. 32).
de baptismo	Cap. 4 =	Etymol. VI. 19. 49 (pag. 12).
	Cap. 6 =	Etymol. VI. 19. 46 (pag. 12).
	Cap. 7 =	Etymol. VI. 19. 51 et 52 (pag. 13). — VII. 2. 2 et 3 (pag. 13).
	Cap. 8 =	Etymol. VI. 19. 54 (pag. 13). — VII. 3. 22 (pag. 13).
de corona	Cap. 4 =	Etymol. II. 10. 2 et 3 (pag. 9). — V. 3. 3 et 4 (pag. 9).
	Cap. 8 =	Etymol. III. 21. 6 (pag. 10). — IV. 9. 1 (pag. 10).
	Cap. 10 =	Etymol. VIII. 11. 29 (pag. 23).
de idololatria	Cap. 3 =	Etymol. VIII. 11. 13 et 14 (pag. 22).
	Cap. 9 =	Etymol. VIII. 9. 25 et 26 (pag. 22).
de ieiun. adv. psych.	Cap. 10 =	Etymol. VI. 19. 66 (pag. 16).
de monogamia	Cap. 5 =	Etymol. I. 3. 9 (pag. 8).
ad nationes I.	Cap. 15 =	Etymol. V 27. 35 (pag. 12).
ad nationes II.	Cap. 2 =	Etymol. VIII. 6. 19 et 20 et 21 (pag. 20).
	Cap. 3 =	Etymol. XIII. 1. 2 (pag. 25).
	Cap. 7 =	Etymol. VIII. 11. 36 (pag. 24).
	Cap. 12 =	Etymol. VIII. 11. 29 et 30 (pag. 23).
	Cap. 13 =	Etymol. VIII. 11. 34 et 35 et 36 (pag. 23 et 24).
	Cap. 15 =	Etymol. III. 70. 32 (pag. 10).
	Cap. 17 =	Etymol. IX. 3. 2 (pag. 24).
de oratione	Cap. 19 =	Etymol. VI. 19. 66 (pag. 16).
	Cap. 24 =	Etymol. VI. 19. 59 (pag. 14).
	Cap. 25 =	Etymol. VI. 19. 60 et 61 et 62 et 63 et 64 (pag. 14 et 15).
de paenitentia	Cap. 9 =	Etymol. VI. 19. 76 et 79 (pag. 17).
de praescript. haeret.	Cap. 6 =	Etymol. VIII. 3. 2 et 3 (pag. 17 et 18).
	Cap. 7 =	Etymol. VIII. 6. 22 et 23 (pag. 20 et 21).
	Cap. 30 =	Etymol. VIII. 5. 11 (pag. 18).
	Cap. 33	Etymol. VIII. 5. 30 et 36 (pag. 19).
	Cap. 34	Etymol. VIII. 5. 11 et 12 (pag. 18).
	Cap. 39	Etymol. I. 38. 25 (pag. 8 et 9).

Tertullianus		Isidorus
scorpiace	Cap. 1	Etymol. XII. 4. 3 (pag. 25). — XVIII. 8. 3 (pag. 26).
de spectaculis	Cap. 5	Etymol. XVIII. 16. 2 et 3 (pag. 26 et 27).
	Cap. 8	Etymol. XVIII. 28. 1 et 2 (pag. 29 et 30). — XVIII. 29. 1 (pag. 30). — XVIII. 41. 3 (pag. 29).
	Cap. 9	Etymol. XVIII. 27. 1 et 2 (pag. 27 et 28). — XVIII. 33 (pag. 28 et 29). — XVIII. 34. 1 et 2 (pag. 28). — XVIII. 36. 1 (pag. 28). — XVIII. 41. 3 (pag. 29).
	Cap. 10	Etymol. XVIII. 51 (pag. 30 et 31).
	Cap. 14	Etymol. XVIII. 16. 1 (pag. 26).
	Cap. 15	Etymol. XVIII. 16. 1 (pag. 26).
de virginib. veland.	Cap. 5	Etymol. XII. 1. 1 (pag. 25).
	Cap. 7	Etymol. XIX. 23. 8 (pag. 32).
	Cap. 10	Etymol. XIX. 23. 7 (pag. 32).


COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
0021075921

